Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497827-p0001-5

El. 239.

Schorus, Henr.

EL 239

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497827-p0002-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497827-p0003-6

Heinrich Schör

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497827-p0004-2

BREVIARIVM ROMANORVM PONTIFICVM QVI ROMANAM REXERVNT Eccleſiam.

Abbreuiatore

HENRICO SCHORO

S. P.

Cum triplici Indice.

SAPIENTIA

CONSTANS.

ARGENTORATI

Apud Bernhardum Iobinum.

M. D. LXXXVIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497827-p0005-8

Lectori S.

PAulo plus quàm ſolitus otij nactus, non potui committere quin aliquid vel exercitij cauſa, etjam in ætate jam otio conuenientiori, pro mea tenuitate colligerem. Quare animo ſuſcepi, ut aliquando de Imperatoribus feceram, ſic nunc Epiſcopos vrbis breuiter ſummatimque exponere: vtquod apud alios per longas rerum ambages prolixius extat, quilibet veluti in compendio contemplari poſſet: enixè ſtudens, ne quid contra veritatem traderem. Vbi autem in diuerſis autoribus hiſtoria vacillat, in ijs publicam receptioremq; ſequutus ſum ſententiam. Hoc in primis perpendens, & lectori proponens, ut vel hic mecũ conſideret, quàm caduca, quàm fluxa, quàm fragilis ſit vel diuitiarum, vel dignitatis vel potentiæ gloria, quamque breui dilabatur. Etenim omnis humana vita breuis eſt, breuior Regum, breuiſsima Pontificum.

Autores,

Vnde Breuiarium iſtud potiſſimum deſumptum eſt.

Eccleſiaſticæ hiſtoriæ.
Pauli Oroſij hiſtoriarum libri.
B. Platinæ hiſtoria de vita Pontificum.
Io. Auentini Annales Boiorum.
Papirij Maſſoni libri de Epiſcopis vrbis.
Pauli Iouii hiſtoriarum libri.

LEHNS-BÜCHEREI IN ERXLEBEN

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497827-p0006-3

ROMANORVM PONTIFICVM QVI ROMANAM REXERVNT ECCLESIAM.

CAP. I. Argumentum.

Voluntarij martyres, Victor reprehenſus, Marſellinus reſipiſcit.

A PRINCIPIA Romanorum Pontificum ex-
plicatu difficilia ſunt, quia pauci ſcriptores de
ijs loquuntur. Quare ego, quod fecerunt &
alij, primorum vel nomina tantum & ordinē
recenſebo, pauca interim de rebus geſtis eo-
rum inſerens, breuiſſima narratione: de ſe-
quentibus paulò explicatius: nam ſi omnia de omnibus quę
colligi poſſent adducere vellem, non breuiarium ſed hiſto-
riam ſcribere, vel potius actum agere aggrederer. Quare ſuſ
ceptę breuitati inſiſtens, à Petro, ut plerique, incipiam: quē Petrus.
Romæ crucifixum, capite ad terrā verſo, multi grauesq; au-
tores tradunt, eumque ex illorum numero fuiſſe, quos Ro-
mæ à Nerone interemptos Lactantius tradit. De primis Pe-
tri ſucceſſoribus autores variant: plerique tamen poſt eum
Linum (cuius meminit Paulus epiſtola ſecunda ad Timo- Linus.
theum) mox Cletum ſub Veſpaſiano & Tito ponunt: quos Cletus.
alij non ſucceſſores ſed coadiutores Petri fuiſſe volunt, ſed
Clementem primum (cuius Paulus ad Philippenſes memi- Clemens 1.
nit) proximè ſucceſſiſſe: poſt quem Anacletum numerant, Anacletus.
quem quidam eundem Cletum fuiſſe putant, & Clementis
ſucceſſorem Euariſtum nominant, quem in Romanæ Eccle Euariſtus.
ſiæ procuratione annos octo conſumpſiſſe tradunt, impe-
rante Traiano: cuius indulgentia & Ioannem Euangeliſtam
ab exilio reuocatum, tandem deceſſiſſe ferunt. Deinde Ro-
mani ſedi ſuæ præbuiſſe Epiſcopos Græcos, Alexandrū pri- Alexander 1.
mum & Sixtum primum Adriani Cæſaris tempore: quem Sixtus 1.

Theleſphorus. Hyginius. Pius 1. Anicetus. Soter. Eleutherius.

in Chriſtianos mitem, in Iudæos ſeuerũ fuiſſe, præter Oroſium Tertullianus docet. Duos item ordine Epiſcopos adhuc Græcia Romę dedit, Theleſphorum Martyrem & Hyginium: poſt quos Aquileia, nunc quoq; Venetiæ oppidum, Pium primum protulit. Pius Aniceto ſedem reliquit, ſub quo Egeſippus vicinus Apoſtolorum temporibus ſe Romã veniſſe prædicat. Aniceto ſucceſſit Soter (quod nomen & Chriſto omnium ſeruatori tribuitur) Antonino Imperium adminiſtrante. Poſt hunc ſuffectus eſt Eleutherius ſub Antonino Vero, anno Chriſti, 163. Quem Irenæus duodecimũ ab Apoſtolis locum habere tradit. Id verum erit, ſi omiſſo Petro incipias à Lino, Cletumque ſeu Anacletum, horum alterum prætereas. A

Victor 1. Zepherinus. Calixtus 1. Vrbanus 1. Pontianus. Antherus. Fabianus.

Poſt Eleutherium Victor primus penè à totius Eccleſiæ præſulibus pertinaciæ redargutus Romanæ Eccleſiæ cathedram gubernauit, Commodi & Seueri tẽpore, cum Galenus Romæ vixit, dicens Moſaicam & Chriſtianam legem demonſtratione carere. Victor autem Orientis Epiſcopos, qui decimaquarta lunæ cum Iudæis Paſcha celebrabant, damnans, ab Irenæo reprehenditur, monente ne facilè vnitatem Eccleſię ſcindat. Victore mortuo Zepherinus ſucceſſit, tempore Originis, Anno Domini, 213 Poſt quem Calixtus primus, Romanæ vrbis Epiſcopus factus eſt. Calixto ſucceſſit Vrbanus primus, qui ad Alexandri Seueri tempora peruenit: ſub quo Tertullianus Carthaginẽſis presbyter floruit, vetuſtiſſimus qui extat Latinus Theologus. Vrbano modicum durante Pontianus Romanam Eccleſiam gubernandã ſuſcepit. Poſt quem Antherus breuiſſimo tẽpore vrbis Epiſcopus fuit, vno enim menſe eo magiſtratu functus eſt, qui ſub Gordiano diſceſſit. Anthero mortuo, cum diſperſi per agros vagarentur Chriſtiani, tandem Romã migrauère: ubi Fabianus ab ijs electus eſt ad Epiſcopum, qui martyr occubuit ſub Decio: qui Decius & Philippum (primum ut ferunt de Romanis Imperatoribus Chriſtianum) Veronæ interfici curauit. B

curauit. Fabiano ſucceſſit Cornelius, qui cum Cypriano Cornelius.
quæſtionem habuit, an ab hæreticis baptizati rebaptizandi forent: tandem martyr conſtantiſſimus factus Lucium primum ſucceſſorem habuit: Lucius 1. qui poſt octo menſium tempus Stephano primo locum ſuum reliquit. Qui & ipſe controuerſias graues cum Cypriano habuit, Stephanus 1. ob eandem de hæreticis baptizandis quæſtionem. Stephanus cum duobus annis Romani Epiſcopi munus geſſiſſet, Sixtus ſecundus id onus ſubijt, Sixtus 2. aſperrimis temporibus, cum Valerianus vbique in Chriſtianos ſçuire juberet; ſub quo Sixtus cum Laurentio, alter gladio, alter martyrio coronati ſunt. Atque hic primus eſt in quo binarius numerus repetitur, cum antecedentium adhuc nullus dictus ſit ſecundus. Anno domini 264.

C Poſt Sixtum Dionyſius Epiſcopatum Romæ obtinuit. Dionyſius. Hunc ſequutus Felix primus, Felix 1. qui ſub Aureliano Seuero truculento & ſanguinario principe pro Chriſto martyrium ſubijt. Poſt quem Eutichianus beuiſſimum tempus in Epiſcopatu tranſegit, Eutichianus. decem circiter menſes. Eutichianus Romani cleri miniſterium Caio reliquit: Caius. cui cum quindecim annos illud adminiſtraſſet, à Marcellino ſucceſſum eſt. Marcellinus. Hunc metu perterritum multitudinem deorum adoraſſe dicunt: ſed ad ſe reuerſus, delictum agnouit, & juſſu Diocletiani ad ſupplicium rapitur. Sic enim Mantuanus:

Tunc Marcellinus & ipſe
Romulidum Pater, victus formidine Chriſtum
Prodidit, & plena Martis libauit acerra.

Hoc tempore Arnobius apud ſuos floruit. Marcellinum ſequutus Marcellus primus, Marcellus 1. quo tempore Diocletiana viguit Chriſtianorum perſequutio, florente Lactantio Firmiano Arnobij auditore. Marcello Euſebius vrbis Epiſcopus ſucceſſit, Euſebius. qui in tempore Conſtantini Cæſaris (ſub quo Chriſtianorum perſequutio ceſſauit) incidit, Anno 315.

CAP. II.

Arrius prodit, reſiſtitur hæreticis, factionibus ciuium Romanorum obuiatur, Longobardi dominantur.

SVb Conſtantino Miltiades vrbis Epiſcopus fuit: cuius A
Miltiades. tempore Arrius erupit cum ſua hæretica de Chriſto do-
ctrina, Chriſtum creaturam vocans: quæ doctrina Nice-
no Concilio diſſipata fuit, gubernante Silueſtro primo Ro-
Silueſter 1. manum clerum: qui propter ingraueſcentem ætatem Con-
cilio intereſſe non potuit. Cui ſucceſſit Marcus, poſt quem
Marcus. Iulius primus vir excellenti ingenio vrbis Romæ Epiſcopus
Iulius 1. fuit. Hunc ſequutus Liberius, quem quidam volunt Arria-
Liberius. nis ſubſcripſiſſe, minis mortis adductũ, cum biennio in exi-
lio fuiſſet. Abſente Liberio Felix ſecundus ſuffectus eſt.
Felix 2. Deinde Damaſum primum, Epiſcopum & Antiſtitem legis
Damaſus 1. Chriſtianæ appellarunt, quem Hieronymo charum fuiſſe,
Siricius. eiuſque ſcripta commendaſſe ferunt. Poſt hunc Siricius qui
Photinum oppugnauit item cum Arrio dicentem Chriſtũ
creaturam eſſe, Epiſcopatum Romæ obtinuit. In cuius lo-
Anaſtaſius 1. cum ſuffectus eſt breui pontificatu Anaſtaſius primus Pauli
Innocẽtius 1. nĩ ſanctiſſimi viri amicus. Et hunc excepit Innocentius pri-
mus: qui cum Roma à Gothis diriperetur, Rauennæ de-
gens, veluti è Sodoma ſubtractus erat. Hieronymo & Augu
ſtino notus, quemadmodum & Ambroſio. Is ſe de tribu-
nalibus ad ſacerdotium raptum dicebat: & docere cœpiſſe
quæ ipſe nondum didicerat. Innocentio vita functo Zozi-
Zozimus. mus Epiſcopatum ſuſcepit, multum occupatus in purgan-
dis Pelagianorum hæreſibus: quemadmodũ & eius ſucceſ-
Bonifacius 1. ſor Bonifacius primus notus Hieronymo presbytero qui ex
Occidentali ad Orientalem tranſiuit Eccleſiam. Deinde &
Auguſtino amiciſſimus. Poſt quem Cæleſtinus primus Ro-
Cæleſtinus 1. manæ ſedis præſul factus, eo tempore cum Auguſtinus Era-
dium presbyterum in adiutorem & ſucceſſorem Hippo-
nenſis Eccleſiæ fieri curauit: ſub quo Cæleſtino Epheſina
Sy-

Synodus à Theodoſio Imperatore contra Neſtorium indi-
cta celebrata eſt. In Cæleſtini locum Sixtus tertius ad pon- Sixtus 3.
tificatum peruenit: qui & ipſe Neſtorium Chriſti diuinita-
tem negantem oppugnandum ſuſcepit. Quo defuncto Leo Leo 1.
primus vir magnæ autoritatis & ſcientiæ, tempore Theo-
doſij ſecundi & Valentiniani, Anno 444. pontificatũ ade-
ptus eſt. Qui ſua ſagaci inueſtigatione ſe plurimos Mani-
cheæ impietatis veneno imbutos in vrbe reperiſſe dicit: ſua
que autoritate coercuiſſe & correxiſſe. Quæ tamen ſecta
Anno 260. imperante Probo jam tum innotuerat.

In Leonis locum ſuffectus eſt Hilarius, cuius memoria Hilarius.
B Romæ adhuc in marmore conſeruatur. Quem excepit
Simplicius, antiquæ Romæ Epiſcopus: ſic enim Orientales Simplicius.
Romam tunc vocabant, jam inde à Conſtantini tempore.
Poſt Simplicium Felix tertius ad pontificatum aſcendit. Felix 3.
Quem excepit Gelaſius primus, Papa doctiſſimus: quod Gelaſius 1.
patet cùm in libro de duabus in Chriſto naturis aduerſus
Eutychen & Neſtorium, tum in epiſtola ad Anaſtaſium Im-
peratorem ſcripta Anno 500. Hunc ſequutus in Pontifica- Anaſtaſius 2.
tu Anaſtaſius ſecundus, cuius etiam extant Epiſtolæ ad
eundem Anaſtaſium Auguſtum: at biennium tantùm illud
pontificij munus geſſit. In cuius locum cum duo ſimul eli-
gerentur Laurentius & Symmachus,† à plurimis tamẽ ex Dia- † exorta ad cædes diſcordia,
conis ordinabatur Symmachus, à Theodorico Rege confir- Sym̃achus.
matus. Quem ſequutus Hormiſda apud Friſinonem natus. Hormisda.
Poſt quem numeratur inter Epiſcopos vrbis Ioannes pri- Ioannes 1.
mus, qui primus Romanorum Pontificum Conſtantino-
polim profectus eſt, miroque honore à Iuſtino Cæſare ſuſ-
ceptus. Sed Romam reuerſus, Theodoricus Gothorum
Rex illum affligendo in cuſtodia occidit. In cuius locum
non ſine contentione ſuffectus eſt Bonifacius ſecundus, Bonifacius 2.
plurimis è clero & populo Romano per Dioſcorum Ale-
xandrinum pecunia corruptis: quæ factio cauſam dedit Se-
natoribus Romanis ab Alarico Rege, tum temporis Ro-

mam

mam & vniuerſam Italiam tenente, petendi leges pro electione Epiſcopi Romani: ne in poſterum factiones huiuſmodi Rempubl. perturbarent, Anno 531.

Ioannes 2. Alarico Italiam occupante Ioannes ſecundus, cuius ad ipſum Alaricum, item ad Senatum Romanum & ad Iuſtinianum Auguſtum extant Epiſtolæ, ad Epiſcopi munus obbeundum eligitur: poſt quem ad pontificatum peruenit Agapitus. Agapitus, tam inops tamque egens pecuniæ cum ad Orientis Principem Iuſtinianum mitteretur, ut aliunde mutuo accipere cogeretur. Agapito ſucceſſit Siluerius, quo tempore Siluerius. Benedictus cœpit familiæ ſuæ & Caſſino monti nomen dare, tanto ac tam proſpero rerum curſu, ut poſteros eius opibus affluentes vbique miremur. Siluerio vita functo Vigilius Romanus Pontifex deſignatur à Beliſario Iuſtiniani Vigilius. Principis Duce, victis in Italia Gothis. Cum autē Beliſarius ob res bene feliciterq; geſtas in affectati regni ſuſpicionem apud Iuſtinianū venit, vterq; ei oculus erutus fuit. Quare extructo extra vrbē exiguo tiguriolo à prætereuntibus ſtipem petebat, identidē ingeminans: Date obulum Beliſario, quē inuidia nō culpa oculis priuauit. Poſt Vigiliū in eius locum Pelagius 1. ſuffectus eſt Pelagius primus, quo tempore Totila Rex Romam obſidione cinxerat: qui ad Totilam ſupplex veniens, Ioannes 3. magnā obtinuit gratiam. In demortui Pelagij locum Ioannes tertius à clero populoque Romano deligitur: quē Gregorius primus in ſuis Dialogis Ioannem juniorem & predeceſſorem ſuum appellat. Quo vita functo ſub Tiberij Græci Benedictus 1. Cæſaris imperio populus Romanus Benedictum primum ſibi pontificem renunciauit, charum Cæſari: quare eius ad Tiberium preces, vrbi annonæ inopia laboranti multum profuêre. Annis quatuor Epiſcopus fuit, & Arrianorum ſectā valde inſectabatur. Quo defuncto Longobardis omnia vaſtantibus, difficili tempore, non expectato Cæſaris juſſu Pelagius 2. Pelagius ſecundus à Clero populoq; Romano deligitur, qui decimo pontificatus ſui anno peſte obijt, in cuius locum Gregorius 1. Gregorius primus ſufficitur.

CAP.

CAP. III.

Primatus conſtituitur, à Græcis ad Francos confugitur, Mahometh oritur.

plus minus

A GRegorius primus cognomento Magnus, anno 600. initiatus eſt Pontifex, vir longè doctiſſimus. Qui quamuis nonnullas epiſtolas planè anxias ad Mauritium Imperatorem & eius Auguſtam ſcripſit, contra Pontificum primatum, quē ſibi Ioannes Conſtantinopolitanus arrogabat: cū quo item acerbiſſimè ideo expoſtulat, quod is ſe vellet agnoſci vniuerſalem Epiſcopum: tamen haud immeritò is videtur qui Romanorū Pontificum monarchiam aut cœpit, aut ſanè ut à Bonifacio eius nominis tertio auſpicaretur occaſio fuit. Neque enim Gregorij tempore eam autoritatem ſibi Roma vendicabat, qualem paulo poſt adepta: quod canonicis decretis etiam comprobari poteſt, Diſt. 93. cap. Legimus. Hic ad Conſtantiam Auguſtam ſcribens: Viginti, inquit, iam & ſeptem annos ducimus, quod in hac vrbe inter Longobardorum gladios viuimus: quibus quàm multa ab hac Eccleſia quotidianis diebus erogantur, ut inter eos viuere poſſimus, ſuggerenda nō ſunt. Scribit & ad Eulogium Epiſcopū Alexandrinum & Anaſtaſium Antiochenum de œcumenici nomine: Nullus vnquam deceſſorū meorū, inquit, hoc tam prophano vocabulo uti conſenſit, qa ſi vnus vniuerſalis dicitur, cęteris derogatur. Cum verò Eulogius ad Gregorium ſcribens, ipſum vniuerſalem Papā appellaſſet, petit, ne unquam id ſibi nomen imputet, non enim verbis ſed moribus ſe ornari velle. Serenum autē Maſſilienſem Epiſcopum benignè arguit, quod Eccleſiæ ſuę imagines confregiſſet: nam & eas ſeruari, & ab earum adoratione populum prohiberi debuiſſe: cuius multa præclara extant opera. Defuncto Gregorio Sabinianus eius Diaconus, qui ipſo viuo magnarum rerum procurator fuit, in eius Sabinianus.

locum ſubrogatur. Cui ſucceſſit in Pontificatu Bonifacius
Bonifacius. 3. tertius. Is obtinuit à Phoca, ut Romana ſedes omnino & abſolutè prima diceretur. Idq; Pauli Diaconi ſincero teſtimonio firmare licet, qui illa ferè attigit tēpora. Phocas, inquit, rogante Papa Bonifacio, ſtatuit ſedem Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ primam eſſe, cùm prius Conſtantinopolitana ſe primam omnium Eccleſiarum ſcriberet. Neque tamen Pontifices ſui juris erant, ſed electus cogebatur expectare Imperatoris ſententiam. Bonifacio tertio ſucceſſit eius no-
Bonifacius 4. minis quartus, qui permittente Phoca Cæſare, templum Pantheon in honorem omnium Sanctorum conſecrauit. Circa hæc tempora ſurrexit Mahometes Iſmaëlita, ambitionis Chriſtianorum præſulum vindex, qui ſub Heraclio peſtiferam ſectam intulit in orbem terræ.

Deusdedit. Defuncto Bonifacio eligitur Deusdedit, nomine com- B
Bonifacius 5. poſito: quem ſequutus eſt Bonifacius quintus: cui ſucceſſit
Honerius 1. in ſummi pontificatus ſolium Honorius primus: & hunc
Seuerinus. ſequutus Seuerinus, liberalis in pauperes & clemens in ſuos: ſub quo chartularius ſeu ſecretarius quidam Exarchi Cęſaris Heraclij, nomine Mauritius Lateranenſe veſtiarium diripuit: dolore inde concepto Seuerinus moritur. Poſt
Ioannes 4. quem conſtituitur Ioannes quartus, qui Synodum habuit contra Pelagianos, dicentes, poſſe ſine peccato hominem exiſtere ex propria voluntate, damnauitque Monothelita-
Theodorus 1. rum hæreſim. Mortuo Ioanne Theodorus primus ſummi
Martinus 1. Pontificis ſedem obtinuit. Poſt quem Martinus primus, qui Martini Turonum Epiſcopi (cuius memoria diu celebris manet) nomen tulit, Pontifex deſignatur, tempore Conſtantis Cęſaris, qui Heraclij nepos fuit. Hic Martinus poſtquam Pyrrhum & Paulum Monothelitas damnauerat, collectis centum & quinque Epiſcopis, Syrum, Alexan-
Eugenius 1. drum, Sergium, Conſtantinopolitanos Epiſcopos ſimiliter
Vitalianus. damnauit. Hunc ſequutus Eugenius primus: & poſt hunc Vitalianus conſtituitur Romanus Pontifex, quo tempore

Conſtans Cæſar Romæ omnia templa, omnes familias publicis & priuatis ornamentis nudauit & ſpoliauit. Vitaliano ſucceſſit Adeodatus, vox, ut antea Deusdedit, è duabus composita, ut Quoduultdeus & Deogratias: apud Augustinum, naturalisque eius tum adoleſcentulus filius Adeodatus. Poſt hunc ſedem tenuit Donus primus, pius ut ferunt Pontifex, qui breuiſſimo tempore honorem illum geſſit, ſequutus in ſummi pontificatus arcem Agatho: quo Pontifice placuit Constantino ſecundo, cui charus fuit, vnire Eccleſias Græcam & Latinam antea diuiſas iam inde ab Heraclio, ob Monothelitarum ſectam.

Adeodatus. Donus 1. Agatho.

C Huic Agathoni ſubrogatus eſt Leo ſecundus decem menſibus Pontifex, Anno 683. ſub quo Pontifice juſſione Conſtantini ſecundi decretum eſt, ut electi Rauennæ antiſtites, Romæ à Romano Pontifice ordinarentur, quia antea parum audientes fuerant inſtitutionibus Romanorum Pontificum. Poſt hunc conſtituitur Benedictus ſecundus, cum Conſtantinus benigniſſimus Princeps conſtituit, ut qui in poſterum electus foret in Epiſcopum vrbis, ſine cunctatione ulla ordinaretur. Poſt Benedicti obitum Ioannes quintus ſummi Pontificis ſedē aſcendit tempore Iuſtiniani ſecundi Conſtantini filij: quē ſequutus Conon vir forma decorus & canitie venerandus: & hunc Sergius primus prona totius Cleri & populi conſenſione, præterito ſeu contempto propter ambitionem manifeſtam Paſchali. Poſt Sergium Ioannes ſextus eligitur: itemq; & poſt illum Ioannes ſeptimus, quos ambos Græcos patria & genere fuiſſe hiſtoriæ tradunt. Eo tempore Theophilactus Exarchus in Italiam venit, cum Iuſtinianus Imperio exutus Tiberium & Leontium occidi iuſſit: cumque Philippicus, Anaſtaſius, Theodoſius tertius breuiſſimi temporis Imperatores fuêre. Quæ breuis mutatio Cæſarum, bellaq; ciuilia inter eos, & diſſenſiones religionis cauſa habitę, omnem Cæſaribus autoritatem in Italia ademerunt. Ioan-

Leo 2. Benedictus 2. Ioannes 5. Conon. Sergius 1. Ioannes 6. Ioannes 7.

Siſinius. nis ſeptimi ſucceſſor fuit Siſinius, chiragra & podagra laborans, qui ſunt recurrentes & moleſtiſſimi morbi. Poſt hunc Conſtãtinus. ſequutus eſt in Pontificatu Conſtantinus Papa, nomen referens Conſtantini Cæſaris patris Iuſtiniani ſecũdi: qui bellum aduerſus Philippicum gerens, ab eo breui extinctus eſt, Anno 730.

Gregorius 2. In Conſtantini locum ſucceſſit Gregorius ſecundus, D cognomento Dialogus, cuius vigilantię Romani Pontifices multum debent. Eſt enim primus qui habita Epiſcoporum Synodo Leonem Iſaurum Imperatorem propter imaginũ euerſionem anathemate obſtrinxit, & vectigalia ſolita pendere Italicam gentem prohibuit: primusq́; cum Francorum Gregorius 3. gente fœdus fecit. Hic Gregorius ſucceſſorem habuit ſibi cognominem Gregorium tertium, qui & ipſe contra imaginum euerſores Leonem & Conſtantinum eius filium Imperatores, Synodum fecit: qua ratione accidit, ut tunc primùm tutela Romanæ Eccleſiæ ab Imperatoribus Conſtan-Zacharias. tinopolitanis ad Francos tralata ſit. Hunc ſequutus Zacharias, qui Pipinum maioris domus Francię præfectum regnũ ambientem & regem ignauiæ accuſantem, cæteroſq́ue qui cum eo conſenſerant, ab omnibus iuramentis & fide Childerico data abſoluit. Quare Franciæ proceres religione ſacramenti iam abſoluti, Pipinum Regem conſtituunt, Anno Chriſti 752.

CAP. IIII.

Longobardis à Francis reſiſtitur, Imperium in Occidente oritur, Arabes inſoleſcunt.

Stephanus 2. POſt Zachariam Stephanus ſecundus euectus eſt ad ſummum in vrbe ſacerdotium, qui in Galliam profectus A primus Romanus Pontifex cis Alpes viſus eſt, auxilium petens à Pipino ſedi ſuæ confœderato atque amico, ut pro

Ro-

Romanorum ſalute Aiſtulphi Longobardorum regis ferociæ ſe opponat. Qui Pipinus, beneficij memor, Italiam cum exercitu ingreſſus Aiſtulphum Ticini obſedit, quemque eò redegit, vt nihil recuſaret eorum quæ hoſti iuſta viderentur: Rauennam & quicquid Longobardi vi & armis ab Imperatore ſibi ſubegiſſent, inuito Imperatore Romanę ſubiecit Eccleſiæ. In Stephani locum ſucceſſit frater eius
Paulus primus, cum adhuc exemplo careret in ſummo ſa- Paulus 1.
cerdotio duorum fratrum ſucceſſio, quæ & in poſterum rarò viſa eſt: idque Imperatoribus Conſtantino Copronimo, & Leone eius filio, Anno Domini 767.

B Poſt hunc creatus eſt Stephanus tertius: quo defuncto Stephanus 3.
ſucceſſit Adrianus primus, cum iam Romani in poſſeſſione Adrianus 1.
erant deligendi Pontificis, non expectato Cęſaris delegato. Hic Adrianus reprehenſus legitur quod ex ordinatione ſacerdotum pecuniā faceret, vnde magna laborauit infamia. Interim cōtra Deſiderium in Aiſtulphi locum à Longobardis ſuffectum, res nouas in Italia molientem, Adrianus à Carolo Pipini filio, qui magnus poſtea dictus eſt, defendi rem Romanam petijt & obtinuit: finiſque huius belli fuit ſubacta Italia. Adriano mortuo Leo tertius ſuffectus eſt. Sed Leo 3.
Adriani defuncti neceſſarij, concitato contra illum populo, ei lęſerunt oculos, non tamen, vt mandatum erat, viſum planè ademerunt. Qui cum ſe ad Carolum Francorum regem contuliſſet, ab illo ſedi Romanę reſtitutus, inimicos ſuos vltus eſt. Ab eo tempore Franci Roma potiti ſunt, Carolo à Leone coronato & Romanorum Imperatore appellato. Fuit hic annus Domini 801.

C Leonis ſucceſſor Stephanus quartus annum vnum & aliquid amplius in pontificatu tranſegit, cùm Carolo ma- Stephanus 4.
gno Ludouicus filius ſucceſſerat: ad quem coronandum ſecundo menſe pontificatus ſui Stephanus in Galliā veniens, Remis ſuſceptus à rege, coronam auream capiti eius impoſuit & Cæſarem pronuntiauit. Romam reuerſus moritur;

Paſchalis 1. in cuius locum Paſchalis primus eligitur, qui ad nuptias Lotharij Ludouici filij legatos miſit cum magnis muneribus Sponſæ offerendis. Paſchalem vita functum Eugenius ſecundus ſequutus eſt, anno 824. quem ſequutus eſt Valentinus, qui vix menſem in pontificatu compleuit. Quo defuncto Gregorius quartus electus, ſed non prius ordinatus quàm legati Cæſaris electionem diſcuterent, ne ciues Romani morem maiorum contemnere diſcerent. Dum hæc in Gallia Italiaque geruntur, electo Sergio ſecundo Arabes imperium ex Mahometis diſciplina ingens faciunt, audentque excurſiones facere Romam vſque, Eccleſiasque deprædari. Nec diu poſt eam calamitatem vixit Sergius, quem anno pontificatus ſui tertio deceſſiſſe perhibent. Quem ſequutus Leo quartus, qui ne Arabum in poſterum vlla excurſio tam formidabilis ſucceſſorib. ſuis foret, Vaticanum, in quo ſitum eſt D. Petri templum mœnibus cinxit, eamq; partem vrbis Leoninam de nomine ſuo appellauit. Cui ſucceſſit Benedictus tertius, quamuis nonnulli inter Leonem & Benedictum meretriculam quandam Anglam collocant. Poſt Benedictum Nicolaus primus valetudinarius pontificatum rexit, cuius temporibus nihil Romanis cum Græca gente commune amplius fuit: & conſtituit vt poſt obitum Papæ presbyteri Cardinales conueniant ad alterius electionẽ, tempore Caroli Calui. Poſt Nicolai mortem Adrianus ſecundus aſſumitur: quo mortuo Ioannem octauum in ſummũ ſacerdotem euehunt. Poſt quem Marinum primum ad eam dignitatem vocant. Cui ſucceſſit Adrianus tertius, circa tempora Caroli Craſſi, craſſi corpore, & ingenio craſſioris, Anno 887.

Eugenius 2. Valentinus. Gregorius 4. Sergius 2. Leo 4. Benedictus 3. Nicolaus 1. Adrianus 2. Ioannes 8. Marinus 1. Adrianus 3.

CAP. V.

Fex Pontificum, ciuium Romanorum inſolentia.

HVnc Adrianum magnanimum fuiſſe & ad eam dignitatem aptiſſiimum dicunt, niſi eum fata tam citò rapuiſſent, A

puiſſent, annũ enim & aliquid amplius in pontificatu tranſegerat: Verùm poſt eum fecem quandã Pontificum ſequutum. Quorum primus Stephanus quintus, quẽ nihil laude dignum geſſiſſe referunt. Hunc ſequutus Formoſus, quo tẽpore clerus cœpit multas ſimul Eccleſiaſticas dignitates poſſidere ac ſubinde permutare, ſicq; mos à vetuſtate ſeruatus obſoleſcere & Roma flacceſſere cœpit, deficiente integritate tam Imperatorum quàm Pontificum. Conſequũtur Bonifacius ſextus & Stephanus ſextus. Ille populari manu euectus quindecim dierum aut paulò amplius Põtifex: hic Formoſum è ſepulchro extrahi, atque in ſede pontificatus, ſacerdotalibus indumẽtis indutum decollari & tribus abſciſſis digitis in Tyberim iactari præcepit. Poſt hunc eligitur Romanus, qui Stephani res abrogabat, & Formoſi rurſus in pretio habebat. Poſt quem Theodorus ſecundus fit Pontifex: quem ſubſequuti ſunt Ioannes nonus & Benedictus quartus, à quibus nihil ferè geſtum eſſe autores tradunt. Deinde Leo quintus ſucceſſit, cuius pontificatus vix trigeſimum diem attigit: quiq; ſucceſſorem habuit Chriſtophorum, quem potius Luciferum appellare debuerint, inquit hiſtoria, quod auſus ſit anteceſſorem ſuũ in carcerem conijcere, & contra leges pontificatum rapere: quanquam vltio diuina mox ſubſequuta, quę ipſum prædonem alieni iuris in ergaſtula monachorum præcipitem dedit.

Stephanus 5. Formoſus. Bonifacius 6. Stephanus 6. Romanus. Theodorus 2. Ioannes 9. Benedictus 4. Leo 5. Chriſtophorus.

B Hunc ſequutus eſt Sergius tertius, cui Theodora, Romæ ſeruientis domina & ſcortum impudens monarchiam tenens produxit Maroziam filiã, quæ & ipſa meretrix ex Sergio gignit Ioannem, de quo poſtea dicetur. Sergius ſucceſſorem habuit Anaſtaſium tertium, à quo ſcriptores nihil memoria dignum geſtum tradunt. Cuius ſucceſſor fuit Lando, homo obſcurus: poſt quem ad pontificiam ſedem peruenit Ioannes decimus, qui à Vuidonis & Maroziæ militib. cõprehẽſus cuſtodiæ mancipatur, in qua nõ multo pòſt defunctus eſt. Aiunt enim quod ceruical ſup os eius poſuerint, ſicq; eũ

Sergius 3. Anaſtaſius 3. Lando. Ioannes 10.

Leo 6. peſſimè ſuffocarint. Poſt hunc Leo ſextus ordinatur Pontifex.
Stephanus 7. Hunc ſequutus Stephanus ſeptimus: quorum pontificatũ breuiſſimi temporis fuiſſe tradunt. Poſt hunc Maroziæ meretricis filius ex Sergio ad ſummum ſacerdotium aſ-
Ioannes 11. cendit, dictus Ioannes vndecimus: qui quamuis nefario coitu genitus, nihil tamen impij feciſſe dicitur. Tum temporis afflicta erat regia Francorum, afflicta Hiſpania, afflicta Italia, exceptis Mahometanæ ſectæ tyrãnis, qui orbem populabantur, anno 929.

Leo 7. Ioanne defuncto Leo ſeptimus Romæ Papa conſtituitur, eodem anno cùm Hugo Rex Italiæ Romam obſediſſet. C
Stephanus 8. Poſt hunc Stephanus octauus ſummi Pontificis ſedẽ tenuit: quem ferunt in Germania natum & omni literarum genere excultum: pacis quidem ſtudioſum, in ciuili tamen ſeditione, vulneribus turpiter fœdatum, vt diu in publicum prodi-
Marinus 2. re propter deformitatem noluerit. Sequutus eſt Marinus ſecundus, pace inter Albericum patricium & Hugonem Re-
Agapetus 2. gem Italiæ confirmata. Poſt quem Agapetus ſecundus Romanæ ciuitatis ſacris præerat. Hinc conſtituitur Ioannes
Ioannes 12. duodecimus Alberici filius, homo ad omnem laſciuiam ac malum propenſus, de quo Roſuita Saxonici generis puella in hiſtoria Othonis primi ita loquitur.

Summum Pontificem quædam peruerſa patrantem,
Eius nec monitis dignantem credere crebris,
Sedis Apoſtolicæ fraudari fecit honore,
Conſtituens alium rectoris nomine dignum.

Hunc Papam Ioannem vel quia parum integrè honeſteque viuebat, vel quia ad Berengarium Ducem atque Albertum defeciſſet, Otho Imperator non immeritò pontificatu deiecit, eique Leonem octauum ſubſtituit: quo cum Imperato-
Benedictus 5. re demorante Papiæ, Romani quendam Benedictum quintum Eccleſię ſcriniarium, à quo veteres libri & chartæ cuſtodiebantur, eligunt, atque Pontificem ſibi ordinari faciunt.
Leo 8. Imperator Romam reuerſus Leonem in ſede ſua reſtituit,

Benedictum exauthoratum ſecum abduxit in Saxoniam.
Exacto in pontificatu vix anno vno Leo Ioanni decimoter- Ioannes 13.
tio, Narnienſi Epiſcopo locũ fecit. Intra breuiſſimum tem-
pus mortuo, Romana Eccleſia in priore loco quo tunc
fuit, eſſe non potuit: adeò enim inſolentia populi Romani
excreuerat, vt nõ niſi quem vellent & quam diu vellent Epi-
ſcopum haberent. Nam Benedictum ſextum in locum Io- Benedictus 6.
annis ab illis conſtitutum promotumq́ue paſſi ſunt à Cin-
thio ciue Romano conijci in Adriani molem, atq; ibi ſtran-
gulari.

D In cuius locum Donus ſecundus breuiſſimo tempore Donus 2.
honorem illum geſſit. Poſt quem Bonifacius ſeptimus ad Bonifacius 7.
ſummi ſacerdotij dignitatem promotus, in ſede illa non ſu-
pra quadraginta dies fuit. Quo defuncto Benedictus ſepti- Benedictus 7.
mus eligitur. Hunc quidem qualis fuerit difficilimum eſt
dicere, in tanta temporum illorum obſcuritate. Tres Bene-
dicti ſucceſſores Ioannis nomen ſecum attulerunt, quorum
vltimum feliciorẽ fuiſſe ferunt duobus anteceſſoribus ſuis.
Alter enim cui priorem locum dant, Ioannes decimusquar- Ioannes 14.
tus poſt ſextũ in Epiſcopatu menſem à Creſcentio Conſule
obſeſſus Romæ in Adriani mole moritur. Hunc crudeliſſi-
mũ fuiſſe vetus Epiſcoporũ vrbis catalogus dicit. Ioannes
verò decimusquintus quarto mẽſe Epiſcopatus ſui exceſſit Ioannes 15.
è vita. His autem Pontificibus ſucceſſit tertius Ioannes di- Ioannes 16.
ctus decimusſextus: cuius dignitatem aiunt excurriſſe annis
ferè vndecim: qui tamen vel nihil geſſit, vel cuius neſcitur
hiſtoria.

CAP. VI.

Germani Cæſares electione creantur, ſua autoritate in Pontifices vtuntur, Berengarius damnatur.

A ANno 1000. regnante Othone tertio, Pontifice Grego- Gregorius 5.
rio quinto, in Comitijs decretum eſt vt ſubſequente

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497827-p0021-6

tempore non amplius aliquis Cæſarum ex Romanorum linea vel ſanguine in regnum aſciſceretur, ſed tantùm Germani. Hinc, vt & poſtea dicetur, in conſuetudinem abijt, vt Cæſares ſuffragijs ſeptem Principum Germaniæ electorum crearentur: atque iccirco Rex Romanorumm filius Eccleſiæ Romanæ nominatur. Verùm Gregorium quamuis legitimis Comitijs creatum, & Othoni chariſſimum, auſus eſt Creſcentius vir callido ingenio atque rapaci de ſede deturbare, & pecunia victus Ioannem decimum ſeptimum procaciter ſubrogare. Sed mox vt Otho hoc factum comperit, cum exercitu Romam properauit & Ioannem exauthoratum cæcauit, nec pecunia pontificatũ, nec pontificatus chariſſimum illi lumen conſeruauit: & Creſcentium truculenter trucidari fecit. Hoc tempore regnauit in Gallijs Hugo Capetus. Hinc Syluester ſecundus fauore Othonis tertij, cuius doctor fuit, pontificatum obtinuit. Mathematicas enim diſciplinas & Philoſophiæ arcana exactè didicerat. Eũ autem maleficum fuiſſe, & necromanticis artibus ad pontificatum veniſſe pro calumnia habetur vel fabula: quemadmodum de Papa Iohanna meretrice Angla. Sequuntur duo Ioannis nomine, quorum primus Ioannes decimusoctauus menſes quinque, alter decimusnonus quinquẽnium in papatu exegiſſe, ſed otio deditus fuiſſe traditur. Cui ſucceſſit Sergius quartus, antea Bucca porci dictus. Tũc enim inſtitutũ fuit, vt omnes q in reliquũ tẽpus vrbis Epiſcopi deſignarẽtur, in cõſecratione nomina mutarẽt: licet antea aliquorũ nomina fuerint mutata, nõ tamẽ omniũ, nec hoc erat ex inſtitutione generali: quo item tẽpore decretũ illud cõfirmatum eſt, vt Septem viri Germani poteſtatem haberẽt eligendi ex Germanis Imperatorem. Anno Chriſti 1015.

Ioannes 17.

Syluester 2.

Ioannes 18.

Ioannes 19.

Sergius 4.

Benedictus 8. Defuncto Sergio Benedictus octauus ordinatur. Ab hoc Epiſcopo Romano duos Cæſares corona Imperij redimitos conſtat, Henricum primum Baioriæ ducem, & Cunradum virum ſtrenuum: qui primus excogitaſſe pomum ſeu B

orbem

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497827-p0022-2

orbem aureum dicitur, habentē crucem, quo Cæſares pro Maieſtatis inſigni vtuntur. Defuncto Benedicto octauo, Ioannes vigeſimus frater eius ex patre Gregorio prauis artibus illi in pontificatum ſuccedit: qui largitione pecuniæ ex laicali ordine Neophitus conſtitutus eſt Præſul. Nec mirum debet videri quod quidam ambitione & corruptela pontificatum appetierint. Quid enim eſt Romano Epiſcopatu aut ſublimius aut illuſtrius? Ioanni mortuo Benedictus nonus nepos eius patria Tuſculanus & Alberici filius ſucceſſit: qui dicitur nondum pubes fuiſſe cum eligeretur: quod non ei, ſed amicis & conſanguineis procurantibus tribuendum cenſetur. Hic verò adoleſcentulus Pontifex, ne puerum dicam, cum annos duodecim ſedi præfuiſſet, à Romanis iam pertęſis vecordiæ ſuæ tandem eiectus eſt & Ioannes Sabinenſis Epiſcopus ſuffectus in eius locum. At quomodo ſuffectus? corrupti ciues ab homine Romano, allectique pecuniæ dulcedine, Syluestrum tertium eum nominauêre. Tribus menſibus rexerat Eccleſiam, cùm Benedictus iterum reſtituitur. At ſemel eiectum diu ferre Roma non poterat. Itaque Gregorio ſexto vltrò epiſcopatum tradit. Qui biennio populum Romanum rexerat, cum Henricus Cæſar in Italiam profectus, Sutri concilium habuit. Quò vocatus Gregorius, Simoniæ cōſcius, ſpontè infulis ſe exuit, humiq; proſtratus à Cæſare veniā petijt, Anno 1044.

Ioannes 20.

Benedictus 9.

Syluester 3.

Gregorius 6.

C Exauthorato Gregorio, Clemens ſecundus inuitus & dignitatem illam refugiens, cogēte Henrico ſecundo Imperatore cōſtituitur. Henrico in Germaniam reuerſo, Gregorius qui ſe pontificatu ſpontè exuerat priſtinæ autoritati reſtitui cupiens, exercitum inſtruit, Clementemq; vrbe pellit. Quo tandem nono promotionis menſe mortuo Damaſus ſecundus iuſſu Cæſaris ſuffectus eſt, & intra vigeſimū diem apud Præneſte vita exceſſit. Qui duo Pontifices Clemens & Damaſus vſum inſignium ſeu armorum ex Germania in Italiam intulerunt, cumque morem ſucceſſoribus re-

Clemens 2.

Damaſus 2.

liquerunt. Veteres nanque Pontifices eiuſmodi rebus caruêre. Hos ſequutus eſt Leo nonus Alſatius, cuius gentilitium inſigne erat leo niger in ſcuto octo lilijs exornato, quē deinde ſequentes ſequuti ſunt. Cùm verò annis quinque & aliquantò amplius Eccleſiæ res adminiſtraſſet, Romæ deceſſit è vita 13. Kal. Majas, 1054. Eiuſdem Leonis tempore Berengarij ſentētia de Sacramento Euchariſtię apud ipſum delata, fuit ab eo damnata. In Leonis locum ſubſtitutus eſt Victor ſecundus, qui Afer fuit, cum annus ab obitu Leonis ferè exactus eſſet. Deceſſori ſuo moleſtus aliquando fuerat. Quoties igitur aliquid moleſtiæ à ciuibus Romanis patiebatur, dicere erat ſolitus: Quod fecit Saulus, Paulum pati neceſſe eſt.

Leo 9.

Victor 2.

Stephanus 9.

Poſt Victorē Stephanus nonus patria Lotharingus Romæ eligitur: qui Petrum Damianum ſolitariam tunc vitam agentem euocauit ab eremo, præfecitq; Oſtienſi Eccleſiæ. Stephanus autem Florentiam profectus Reipub. cauſa, ibi vita defunctus eſt, Cal. April. 1057. Nunciato Stephani obitu Gregorius Tuſculanus Comes armata manu Benedictū decimum Pontificem deſignat. Id Petrus Damianus cum reſciuiſſet, obſiſtere eorum voluntati cœpit. Sed arma fugam illi imperauêre: coactuſque eſt Archipresbyter Oſtienſis Eccleſiæ abſente Epiſcopo hoc portentum conſecrare. Ac decem tantum menſes pontificatum tenuit, deiectusq; illo dignitatis gradu turpiter eſt mortuus. Benedicto ſucceſſit Nicolaus ſecundus, qui inito magiſtratu cogitauit Berengarium latius propagaturū ſententiam ſuam de Euchariſtia niſi maturè comprimeretur, ipſumque Romæ ad Synodum venire iuſſit: effecitque vt reuocaret, vt habetur de Conſ. diſt. 2. cap. Ego Berengarius. Quæ palinodiæ verba niſi ſanè intelligas (inquit autor gloſſæ) in maiorē incidas hęreſim quàm ipſe Berēgarius habuit. Nicolao mortuo Hildebrandus autor fuit Cardinalibus presbyteris & nobiliſſimis ciuibus vt Alexandrum ſecundum Pontificem renunciarent.

D

Benedictus 10.

Nicolaus 2.

Alexander 2.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497827-p0024-3

ciarent. Cęterùm cum Henricus Cæſar nuncium huius rei accepiſſet, grauiter ſuccenſuit Romanis, quod ſe inconſulto Pontificem deligere auſi eſſent: aliumq́ue intromittere volens, Alexander rem vi obtinuit. Quam ſuſceptam Cæſaris autoritatem pontificij Simoniam interpretabantur. Annus numerabatur 1073.

CAP VII.

Cæſares à Pontificibus vexantur, Bellum in Turcas, Pontificum æmulatio, colli Cæſaris conculcatio.

A DEfuncto Alexandro clerus populusq́; Romanus conueniunt, atque Hildebrandum Eccleſiaſticæ libertatis cupidiſſimum deligunt, Gregoriumq́; ſeptimũ appellant: quem charũ fuiſſe ſciebant ſuis anteceſſoribus. Hic cõmẽdatur à paucis, vituperatur à multis, quemq; alij pro malefico, pro ariolo, pro crudeli, deniq; pro ſcelerato habent, alijs eum defendentibus. Ego breuitati ſtudens hiſtoriarum lectoribus iudicium relinquo. In hoc tamen omnes conueniunt, illum fretum opibus Matildis potentiſſimæ fœminæ & armis Normannorũ in Henricum quartum inclementem, Cæſarem item in ipſum implacabilem fuiſſe: quæ cum ab alijs tum ab Auentino in fine libri quinti prolixè deſcribuntur. De hoc item Gregorio teſtantur, eum in Synodo decreuiſſe, ne presbyteri vxores habeant, quod Germanis ſacerdotibus difficulter iniungere potuit. Gregorio Victor tertius ſucceſſit, ad quem excipiendum Matildis potens fœmina cum exercitu Romam profecta eſt. At Rauẽnas Henrici Cæſaris viribus adiutus, vrbem totam turbauit. Victor autẽ deceſſit decimoſexto Cal. Octobris, anno à partu virginis, 1089. victo quam victori ſimilior. Duos enim potentiſſimos hoſtes Cæſarem & Rauennatem ſuperſtites reliquit. Poſt quem conuenêre quorum intererat Epiſcopum

Gregorius 7.

ut eſt apud Abb. Vrſburgenſem

C

Victor 3.

intra paucos dies

Vrbanus 2. Romanis dare, & ex deceſſoris iudicio Vrbanum ſecundum natione Gallum, Romanum Pontificem dixêre.

Huius Vrbani hortatu bellum ſacrum contra Turcas & Saracenos inchoatum eſt à Gallis & confectum, ſuperata viarum aſperitate & moleſtia, victo ad Antiochiam ingenti exercitu Mahometanæ ſectæ: eoque fuſo Hieroſolymis feliciter expugnatis, Godefridus Bilionius primus Rex conſtituitur. Anno 1088. Vrbanus locum fecit Paſchali ſecundo. B

Paſchalis 2. Qui cũ iuraret ſe conſuetudines Romanę Eccleſię & decreta prædeceſſorum ſuorum diligenter ſeruaturum, aduerſarios habuit Henricum Cęſarem & Gilbertum Rauennatem literatum virum & locupletem: quibus ad vtriuſq; obitum reſtitit. Verùm Henrico cognominis filius ſucceſſit, Romano Pontifici æquè infeſtus. Paſchalem ſequutus eſt Gelaſius ſecundus, vir literatus & plurimarum rerum cognitione ſcientiaq́; inſtructus vt ille olim Gelaſius primus inter doctiſſimos homines poſitus à Caſſiodoro ſenatore. Is ubi ſe electum vidit, ſenſit Henrici in ſe odium: quæ occaſio fuit nauigandi in Galliam, vt eius gentis humanitate frueretur, peteretq́ue auxilium à rege Francorum, ſicut prædeceſſores eius olim feciſſent. Sed rebus ijs quorum cauſa venerat planè infectis, ex hac vita diſceſſit, Anno 1119. C

Gelaſius 2.

Calixtus 2. Hoc tempore Calixtus ſecundus Romanus Pontifex conſtituitur. Qui quamuis conſtantiſſimè pro Paſchali aduerſus Cæſarem ſteterat & promptiſſimus fuerat ad damnandam eius perfidiam, nemo tamen Henrico charior poſtea fuit: mutata enim voluntate & pacem Pontifici dedit, & iuri ceſſit, ſi quod habebat inueſtiẽdi Epiſcopos & Abbates. Quare & Calixtus aduerſario etiam clemens & beneuolus fuit, eumque omni interdicto abſoluit. Hunc ſequutus Honorius ſecundus ex Oſtienſi Epiſcopo malis artibus Papa factus: & fuiſſet oneri Eccleſiæ Romanæ niſi ſtatim agnouiſſet quàm illegitimè Romanum pontificatum eſſet adeptus. Sed id factum excutiens, & ſi fieri poſſet, infectum

Honorius 2.

volens,

volens, duodecimo poſt electionem die coram presbyteris Cardinalibus nomen & inſignia Epiſcopi Romani ſe abijcere profeſſus eſt, dicens ſe malle Oſtienſem epiſcopatum iure obtinere, quàm Romanum iniuria. Agnito errore veniam dandam cenſuerunt, Pontificemq́; legitimum nouis ſuffragijs eſſe iuſſerunt. Mortuo Honorio dum presbyteri Cardinales ſucceſſorem quærũt, maximarum diſcordiarum autores fiunt inter Gregorium Diaconum ſancti Angeli, quẽ Innocentium ſecũdum nominant: ſimul & Petrum Cardinalem Leonis potentiſſimi ciuis Romani filium, atq; hunc Anacletum vocarũt. Vnde ſeditio in vrbe, populus Romanus mutua cæde conciſus, templa donarijs ſpoliata, aliaque innumera flagitioſa & ſcelerata euenêre. Cæterùm Innocentius vicit, æmulo illo prius extincto, ſed poſt multos labores atque pericula. Sequutus eſt Cæleſtinus ſecundus obſcuro admodum genere, parentibusq́ue penè incognitis. Electus eo ipſo die quo deceſſor obierat: cum plurimi ſucceſſorum non niſi poſt aliquot menſes, quidam etiam poſt aliquot annos fuerint deſignati. Quod interdum accidit electorum nequitia conſentire nolentium. Hic electus initio Pontificatus omnia Romæ pacata habuit, cum anteceſſores eius pacem tam cito non potuerint videre: verùm vix ſex mẽſibus Eccleſiam rexit. In Cæleſtini locũ ſufficitur Lucius ſecundus, depoſito Gerardi nomine qui menſes vndecim ſummæ rerum præfuit. Omnes retrò Pontifices vſque ad Vrbanum, binarium in nominibus ſuis numerum ſunt amplexi, quemadmodum & hic Lucius, qui tantum menſes vndecim ſummæ rerũ præfuit. Succeſſit Eugenius tertius, quem Cardinales præter ſpem expectationemq́ue hominum delegerunt. Ad quẽ Bernardus ſcripſit libros quinque de Conſideratione: qui libri ſcripti, ſunt pleni grauitatis & ſcientiæ diuinæ. Scripſit quoque epiſtolam ad Cardinales & Epiſcopos, vbi inter alia: Quid feciſtis? inquit. Sepultum hominem reuocaſtis ad homines, fugitantem cu-

Innocentius 2.

Cæleſtinus 2.

Lucius 2.

Eugenius 3.

ras & turbas curis denuò implicuiſtis & immiſcuiſtis turbis. Feciſtis nouiſſimum primum, & ecce nouiſſima illius periculoſiora prioribus. Quaſi deſcenderet de Hieruſalem ſic incidit in latrones. & ſimilia quæ ſequuntur. Sub hoc Pontifice Petrus Cluniacenſis Alcoranum in Latinum ſermonem conuerti curauit. Floruit etiam Gratianus qui Codicem Decretorum ſcripſit, Anno 1150.

Anaſtaſius 4. Eugenio proximè ſucceſſit Anaſtaſius quartus cõſenſu Cardinalium in Epiſcopum Romanum promotus. Qui anno primo Pontificatus ſui ædes magnificentiſſimas apud Pantheon, Agrippæ quondam opus, exædificari curauit, vt ſucceſſores commodiùs habitarent. Succeſſerat Eugenio D

Adrianus 4. Anaſtaſius: Anaſtaſio ſuccedit Adrianus quartus, qui ſummo concurſu & lætitia omnium fit Pontifex. A quo Fridericus Aenobarbus, quem eius nomine primum vocant, im-

Alexander 3. perij coronam accepit. Mortuo Adriano Alexander tertius delectus eſt à maiori parte Cardinalium: quam electionem non probabant qui elegerunt Octauianum nobilem genere & Victorem appellatũ, quod ab eo vincendum Alexandrum ſperarent. Sed aliter ſe res habuit, etſi Fridericus Cæſar ab Octauiano ſtetit. Tandem poſt longas diſſenſiones pax data eſt, cum Venetorũ Reſpub. Alexandrum exulem & Fridericum hoſtem excepit. Ibique de pace & concordia actum eſt, cum Cæſar inclinata ceruice collum pedi Alexandri ſubmiſiſſet. Sub hoc Pontifice ad ſolos Cardinales redacta eſt eligendi facultas, quæ prius cleri populique Romani fuit.

Lucius 3. Altero poſt Alexandri obitum die Lucius tertius ſummi in vrbe ſacerdotij dignitatem obtinuit. Cui

Vrbanus 3. ſucceſſit Vrbanus tertius, ſub quo Hieroſolyma ante annos nonaginta ſub Vrbano ſecundo à Gallis expugnata, Saladino Mahometanæ ſectæ immaniſſimo dedita fuit, magno Chriſtianorum mœrore, Anno 1187.

CAP.

CAP. VIII.

Irrita in Oriente arma, ordinum Monachorum confirmatio. Cæſarum excommunicatio.

A POſt Vrbanum Patres Albertum deceſſoris Cancellarium elegerunt, quem Gregorium octauum appellari iuſſerunt. Is vbi ſe electum vidit, continuò literas dedit ad omnes Europæ reges ac Principes, illis commemorans Christianam cladem: omneſque pios ad ſacrum bellum excitat: Atque non multò poſt extinctus eſt, Clemente tertio ſucceſſore. Is Gregorij veſtigia ſequutus, ferè omnes Italiæ populos ad arma aduerſus Mahometanos capienda hortatus eſt: fecitque vt maximi Europæ Principes cum ingentibus copijs tranſirent in Orientem, etſi ſpes exigua ſupererat recuperandi ea quæ Saladinus occupaſſet. Mortuus Pontificatus ſui anno tertio, ſucceſſore Cæleſtino tertio, electo eo ipſo die quo deceſſor obierat. Biduo poſt, Henricum Sueuũ Aenobarbi filium, Romæ in Baſilica Petri Apoſtoli corona Imperij exornat, qui nondum vxorem duxerat. Cui Conſtantia, ad quam Siciliæ regnum pertinebat, inter virgines Panormi educata, etſi quinquagenario, permittente Cæleſtino in matrimonium collocatur, nubitque Cęſari. Iſque ex ea præter opinionem omnium genuit Fridericum ſecundum, pontificij nominis hoſtem acerrimum. Anno. 1198.

Gregorius 8.

Clemens 3.

Cæleſtinus 3.

B Cæleſtino viam vniuerſæ carnis ingreſſo, Innocentius tertius Eccleſiaſticæ prouiſionis ſolicitudinem aſſumpſit: qui vita functus, Honorium tertiũ Romæ natum ſucceſſorem habuit, Anno 1226. Hic Alexandri conſtitutionem renouauit, ne religioſi homines, relicta ſolitudine ad diſcẽdas leges vel phyſicam proficiſſi auderent. Quod recténe an ſecus ab Alexandro tertio ſancitum ſit, eorum erit iudicare qui hunc locum legerint: vtrũ ſolitario vtilior ſit ignorantia an ſcientia. A quo tamen Honorio legitur quod Franciſci

Innocentius 3.

Honorius 3.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497827-p0029-5

ordinem ſub Innocentio cœptum, & Dominicanum confirmauerit. Qua in re maximam Eccleſiæ labem intuliſſe viſus eſt, quia Epiſcopi & ſacerdotes in ſua quiſque parochiali cura concionari ſoliti, his ſibi ſuccedẽtibus conuerſi ad otium id munus abijcientes, voluptati & genio indulgere cœperunt. Verùm ſucceſſores Honorij nouas Monachorum familias ſæpè admittendo neſcio deteriùs illo fecerint. Ac reuera publicè intereſt excutere conſilia moreſque eorum qui nouas Societates introducunt. Sectarum enim Principes inflati ſuperbiq́ue ſunt, ſeu illæ bonæ ſeu malæ videantur. Honorium ſequutus Gregorius nonus, qui excommunicationis ſentẽtiam quam deceſſor ſuus in Fridericum tulerat confirmauit, & Anathematis vinculo innodauit, ſuſpectam eius potentiam habens propter res ab eo feliciter geſtas.

Gregorius 9.

Quatuor Pontifices qui ordine ſequuntur quaternario numero in nominibus ſuis delectati ſunt, quemadmodũ quatuor hunc Gregorium antecedẽtes ternario. Sequutus igitur Cæleſtinus quartus, decem & octo dierum Pontifex, ſenio confectus. Poſt quem ſine paſtore grex Romanus fuit menſibus ferè vno & viginti: cum non auderent Cardinales quenquam eligere Friderici iniuſſu, nec tamen ei vellent aſſentiri. Tandem electus eſt Innocentius quartus quaſi amicus Friderici Cæſaris, quod vulgo ſperarent amicitiam illam non inutilem toti Italiæ futuram. Ad cuius rei nuncium turbatus Cæſar, Amicum, inquit, habuimus Cardinalem, at Pontificem inimicum habebimus: nota enim erat ei magnitudo animi, quæ in illo elucebat. Innocentius igitur Cæſaris factum potentiamq́ue non ferens, vt ne deceſſores quidem ferre patiq́ue potuerant, Lugdunum profectus Synodum indixit, Fridericumq́ue citatum, imperio exuit, hæreſeos damnatum. Deinde in Italiã reuerſus incidit in morbum, ibique mortuus eſt. Biennio autem deſtituta paſtore Romana Eccleſia fuit. Galerum verò quo Cardinales hodie

Cæleſtinus 4.

Innocentius 4.

C

ſtam

die vtuntur, huic vni acceptum debent, neque enim ante id tempus illuſtres fuerunt. Anno, 1243.

D Hunc ſequutus Alexander quartus, qui Conradum Friderici filium Imperatoris nomine & inſignibus donari nolebat: electus tamen eſt Alexandro repugnante. Cum autem Alexander ad ſeptimum ferè annum pontificatus ſui perueniſſet vita functus eſt. In cuius locum ſucceſſit Vrbanus quartus, ad tantæ dignitatis apicem promotus, gaudēte Clero & populo. Qui cum Eccleſiam Romanam annis tribus rexiſſet, obijt in ciuitate Peruſina. Poſt hunc Clemens quartus, & quidem abſens, omnium Cardinalium ſuffragijs Pontifex maximus pronunciatur. Similiter & Gregorium decimum ſucceſſorem cum in Syria eſſet, concordes Cardinalium ſentētiæ tandem abſentem elegerunt, quem fortaſſis præſentem repuliſſent. Interdum enim abſentia vtilior eſt quàm præſentia, etſi prius magnopere diſſenſerant. Vnde Ioannis Epiſcopi Portuenſis, qui ex illo numero erat, feſtiuum ſanè ac lepidum in ſocios verbum, cum pertæſus videretur exortæ inter eos diſcordiæ: tecto enim & lateribus, inquit, domū denudemus, vt facilior aditus fiat Spiritui Sancto: ſcilicet nimię diſſenſionis eos arguens. Sub hoc Pōtifice Rudolphus Comes Habſpurgenſis poſt longum interregnū electus eſt in Regem Romanorum & confirmatus à Gregorio decimo, viro nec lucrum nec pecuniam magni faciente, vt hiſtorici narrant. Succeſſorem habuit Innocentiū quintum, Dominicani ordinis virum, in ſacris literis doctiſſimū, ſex menſium Pontificem, quem verè inſontem atque innoxium fuiſſe tradunt, Anno 1272.

Alexander 4. Vrbanus 4. Clemens 4. Gregorius 10. Innocentius 5.

CAP. IX.

Papatum bene conſideratum onus eſſe, eſſeq́; tenuium potius quàm diuitum prædam. Item Cæleſtini renunciatio.

A Poſt hunc Adrianus quintus Romæ quidem electus Viterbium petijt, antequā Diaconus ad ſacerdotium pro-

Adrianus 5.

motus coronatúſue eſſet, in eaque vrbe moritur. Cum autem agnati frequentes ad eum accuriſſent gratulandi gratia, vtinam, inquit, me Cardinalem proſpera valetudine, non moribundum Pontificem inueniſſetis. Hunc Adrianum ſæpe dicentem audiuiſſe Polycrates refert, qui ſibi familiaris fuit, nullum ſe ab hoſte maius ſupplicium exoptare, quàm vt Papa fieret. Et profectò, niſi fallor, ſummi Pontificatus ſarcinam, quæ vulgo felix & inuidioſa videtur, humeris ſubijſſe difficillimum & glorioſum miſeriæ genus eſt: his dico, qui eam, ſeque ab omni contagio præcipitioque præſeruare decreuerunt. Reliquis enim quanto leuior videtur, tanto funeſtior ſtatus eſt, itaque apud vtroſq; formidabilis. Quod ſi ille qui id onus paucis diebus pertulit, id fatebatur, quid illis videri debet qui ſub faſce ſenuerunt? Dantes Poëta eum auaritiæ notat, quia ante pontificatum & ditiſſimus Cardinalium & auaritię deditiſſimus erat. Illum triginta nouem dierum Pontificem Viterbij ſepultum, ordine

Ioannes 21. ſequutus eſt Ioannes vigeſimusprimus, quem item vix octo menſium Pontificem appellare poſſis. Qui cum Viterbij dormiret, repentina cubiculi recens cõſtructi ruina oppreſſus eſt. Quo exemplo monemur ne Romanos quidem Pontifices humanis caſibus exemptos eſſe, quia vt ſint Pontifices, homines tamen eſſe non deſinunt.

Nicolaus 3. Poſt magnas collegarum diſſenſiones Nicolaus tertius electus eſt, patria Romanus: nec Roma à ſexaginta retro annis, id eſt, ab Honorio tertio Romæ nato vllum ciuem ſuum Pontificem Romanum viderat. Electus autem eſt, Anno à partu virginis 1277. Hic Nicolaus, iuuenis quamdiu fuerat, & quamdiu Cardinalis, ſic vitã inſtituit, vt ſtudioſiſſimus laudabilium rerum eſſe videretur. Sed vbi pontificatũ attigit, magna mutatio in eo deprehenſa eſt, nec eum puduit agnatorum cauſa Simoniam exercere. Enimuero plerique hiſtoriarum ſcriptores aiunt res ſacras eum vendidiſſe, vt collecta ex pretio pecunia ad cõſanguineos veniret, quos B

prædijs, caſtellis, ære & rebus omnibus abundare volebat. Deceſſit autem Nicolaus apoplexiæ morbo Viterbij, Anno Chriſti 1281. Hunc ſequutus Martinus ſecundus, vulgo quartus: etſi humili genere natus, magnanimus tamen fuit & in Eccleſiaſticis negotijs inuictus, amicitia Caroli Regis promotus. Enimuerò Principibus aliquando opus eſt amico Pontifice. Frater ad eum Pontificem in Italiam ſtatim profectus eſt, quem comiter acceptum breui in patriam redire iuſſit: erat enim Brienſis à Bria Galliȩ prouincia Pariſiorum agro vicina. Mediocribus tamen donis fratem ornatum remiſit, quod res Eccleſiæ pauperum eſſe diceret, non ſuas. Tandem ab ignoto medicis morbo correptus, repentinè moritur noctu Peruſij, Anno 1285. Martinus 2. vulgo 4.

C Poſt Martinum ſedit Honorius quartus. Ac Peruſij electus ſtatim Romam petijt, vt in patria coronam acciperet & in Epiſcopum vrbis conſecraretur. Obijt Anno Chriſti 1287. nulla Cardinalium ordinatione facta, quod ſanè nouum atque inuſitatum illis temporibus potuit videri. Quædam enim & pauca de ſingulis dico, neque enim vnus omnia de omnibus narrare poteſt. Primi quidem Epiſcopi Romani ad martyria volentes rapti ſunt, ſequentibus pontificibus aliter viſum eſt. Honorius ſucceſſorem habuit Nicolaum quartum. Is erat Franciſcanus, miniſter generalis eius ordinis antequam purpureo galero donaretur. Quis ſperaſſet ad ſummum illum gradum peruenturum? Verùm ſic res habet: Pontificatus præda eſt infimæ conditionis hominum potius quàm diuitum ac potentum: nam hi ſiue metu, ſiue odio à ſummo in vrbe magiſtratu mutuò ſe arcent atq; repellunt. Ex Gibellina autem factione ortus, eam factionem charam acceptamq; habebat, inſano quorũdam Pontificum morbo Rempubl. Chriſtianam perturbantium. Petrum Columnam creauit Cardinalem, etſi is vxorem habebat, quam monacham eſſe iuſſit. Memorabile autem eſt, nullam vnquam in eligendo pôtifice moram maiorem eſſe

Honorius 4.

Nicolaus 4.

factam quam in electione Cæleſtini ſucceſſoris. Dictus Cæ-
Cæleſtinus 5. leſtinus quintus, in ſolitudine monaſticam vitam agens, abſens nec cogitans Pontifex electus eſt, poſt inſanas per biennium collegij Cardinalium diſſenſiones. Hic vili aſello inſidens Aquilam vrbem ingreſſus coronationis ſuæ inſignia ſuſcepit. Sed pontificiæ claues cito ei diſplicuerunt: quare Benedictum Caietanum conſuluit num renunciare poſſet Apoſtolicæ dignitati. Ille verò, potes, inquit, vbi dixeris id licere. Quod cum ſalutis ſuæ cauſa feciſſet, ineunte ſexto mēſe adepti honoris, onus illud ſibi longè grauiſſimū ſpontè excuſſit, ad ſolitudinem priſtinam reuerſus, Anno poſt Chriſtum natum 1294.

pauperta tem ... ari ſatagens

Bonifacius 8. Sequitur Bonifacius octauus, de quo copiosè dici poſſet, ſed & ille breuiter eſt perſtringendus: quem conſtat nimis induſtrium fuiſſe in perſuadendo vt Cęleſtinus ad optatam ſolitudinem rediret. Hic ſe mundi dominum appellabat. Iubilæum primus inſtituit centeſimo quolibet anno celebrandum, Anno 1300. Homo audax & potens, ſermone mordaciſſimus, regum terror, tyrannus ſacerdotum. Iuſſit enim anteceſſorē retractū ab eremo in carcerē conijci, ne ſi fortè conſilium mutaret, Chriſtiana Reſpublica turbaretur. Cuius carcerem Columnenſes Bonifacio obiecerunt: eodemq; telo Philippus Pulcher Francorum Rex vſus eſt vt Bonifacium illegitimum vrbis Epiſcopum eſſe oſtenderet. Quare poſt eiaculatas à Bonifacio in ſe diras ab eius militibus circumuentus capitur; in qua perturbatione fortē ſe præbuit, dicens: ſi moriendum eſt, Pontifex maximus mori cupio. Itaque ſumpta veſte pontificia & corona appellata Conſtantiniana, clauibus & cruce, quæ ſunt inſignia magiſtratus, ſedit in cathedra pontificia, deſertus à Cardinalibus, præterquam à Petro Sabinienſi & Nicolao Oſtienſi Epiſcopis. Coniurati per vim ingreſſi irriſēre Pontificem, nec aliud ei malum intulēre. At enim propter acceptam iniuriam dolore animi in morbum incidit tam violentum, vt ipſe D

ſibi membra roderet. Deceſſit 12. Octob. Anno 1303.

E Extincto per hũc modum Bonifacio, ſucceſſit Benedictus vndecimus, antea Nicolaus vocatus, qui Bonifacium ne captiuum quidem reliquerat. Qui cum libera omnium collegarum voce Romanus Epiſcopus dictus eſſet, mater iam ætate confecta, ſed precioſa veſte exornata, coram eo ſiſtitur. Ipſe verò finxit ſe eam non agnoſcere. Matrem enim non eſſe nobilem fœminam dicebat, ſed tenui veſte vti ſolitam. Quo audito, depoſita ſerici operis reſumptaque ignobili veſte redit, quam ille occurrens amplexus eſt. Cæterùm à Benedicto error Bonifacij deceſſoris ſtatim agnitus eſt, qui Columnas & Regem Francorum ab Apoſtolica ſede abalienaſſet. Itaque illos reſtituit in gratiam, edita ob id Conſtitutione quæ extat, reuocans Bonifacij contrariam: magnũ telum ad res bene gerendas exiſtimans beneuolẽtiam Principum. Verùm gentiles Bonifacij, qui tunc multum poterant, & hunc oderant propter Bonifacij hoſtes reſtitutos in gratiam, viuentem diu ferre non potuerunt. Ac cum menſę accumberet, iuuenis quidam mentitus fœminam ſe eſſe, & ancillam Abbatiſſæ virginum D. Petronellæ, triclinium ingreſſus cum argenteo vaſe, ficus recentes & varia florum genera illi obtulit. Quos cum auidè comedit, nihil mali ſubeſſe ratus: permixtum autem illis ficubus ac floribus venenum erat. His artibus Benedictus fato ſublatus eſt. Benedictus, 11.

F Hucuſq; Romanos Pontifices quamdiu Romæ vel in Italia ſedem tenuerunt qua potui breuitate perſtrinxi. Dehinc ſimili breuitate perſequar ſeptem Pontifices qui Auenione in Gallia domicilium habuerunt, excepto poſtremo Romam reuerſo, & præterea ſequentes ad Sixtum quintum vſque nunc gubernacula Romanæ ſedis tenentem.

CAP. X.

Pontificum in Galliam translatio, & rurſus Romam reductio.

CONuocati Cardinales vndecim ferè menſes exegerunt priuſquam ſucceſſorem nominarent, in duas partes diuiſi. Tunc Pratenſis collocutus cum Caietano: Magnum, inquit, damnũ inferimus Eccleſiæ, qui tãdiu ſumus in Pontifice deligendo occupati. At ille inquit, per me nõ ſtat. Ergo ait Pratenſis, parti veſtræ optionem damus nominãdi tres Archiepiſcopos Galliæ à Bonifacio creatos & idoneos ad pontificatum, atq; ex ijs vnum ego & ſocij mei intra quadraginta dies Epiſcopum Romanum dicemus: eiq; qui fuerit à nobis deſignatus ſuffragia veſtra aderunt. Accepta eſt conditio, treſq; illi Archiepiſcopi nominati. Tunc Pratenſis literas ad Philippum ſcribit, quas excurſores continuatis itineribus in Franciam detulerunt. Rex quam citiſſimè collocutus cum Burdegalenſi, eum ſibi amiciſſimum facit. Triceſimoquarto die nuncius Peruſium redijt, & clam Pratenſi datæ ſunt literæ. Confeſtim Cardinales cõuocat, & Pontificem deſignat, Philippi amicum, quem inimicum Cardinales contrariæ ſectæ exiſtimabant: decretumque electionis in Aquitaniam mittitur: quæ electio renunciata fuit per multos curſores. Igitur Burdegalenſis vbi id decretum accepiſſet, Clemens quintus appellari voluit. Putabant Itali eo accepto decreto Pontificem Romam iturum, ſed longè aliter euenit. Euocatos enim Cardinales iubet Lugdunum venire, ibique coronatus eſt. Interfuerunt coronationi Philippus Francorum Rex, Galliæque Proceres, & alij nobiliſſimi viri. Antequam Pontifex factus, Regi promiſerat, ſe illum, vnà cum Cardinalibus recepturum in gratiam: decimas regni in quinquennium daturum: Columnenſes reſtiturum priſtinis honoribus: Cardinales tantùm Franci generis promoturum: quæ quidem omnia præſtitit. Templarios damnauit,

Clemens 5.

A

nauit, qui arguebantur nefandorum criminum. Diuites illi & locupletes erant, multaque ex eorum fortunis diripuiſſe Clemens dicitur. Deceſſit Anno 1314. fuiſſeq; pecuniæ cupidiſſimum & Simoniæ amantem: quique venalia omnia haberet: libidini quoque deditum, & qui vnicè diligeret miræ pulchritudinis fœminam Comitem Petragoriorũ ferunt. Hominum ſunt iſta & mortalium vitia, quibus infectũ Pontificem minimè oportuit: atque ideo non prætermittenda ab veritatis amanti.

B Clementi mortuo ſucceſſit Ioannes vigeſimusſecundus antea Iacobus dictus. Conſtitutus autem eſt huncin modum: Cum Cardinales biennium altercando neminem elegiſſent, conſenſêre vt Pontifex crearetur quem Iacobus voluiſſet: voluit verò ipſe Pontifex deſignari. Hanc eius ſententiam probauit Vrſinus cæteriq; Cardinales, veriti ne quem alium minus ſibi gratum haberent. Hic Thomam Aquinatem olim Neapoli à medico quodã veneno ſublatum in Diuos referendum cenſuit. Et longa illi concertatio fuit cum Ludouico Bauaro Cæſare deſignato: à quo Ioannes ipſe Romæ exauthoratus erat. Propugnatorem verò habuit Ludouicus aduerſus Ioannem & Romanos Pontifices quotquot venturi ſunt, Virum excellenti ingenio Marſilium Patauinum, cuius libri extant, non quidem verborum, ſed rerum apparatu prorſus admirandi. Ioannes autem congeſtis in numerato decies ſepties centenis aureorum millibus, quod veterum acciderat nulli, Auenione deceſſit. *Ioannes 12.*

C Ioanni ſucceſſit Benedictus duodecimus, ambo æquè ignobiles. At ignobilem eſſe Pontificem Romanum, maxima interdum nobilitas eſt. Mirabantur ipſi electores quomodo hunc elegiſſent, & ipſe multò magis, dicens: aſinum elegiſtis; quia verebatur ne aulica negotia atque artes capere non poſſet. Agnatos & conſanguineos ſuos fingebat ſibi ignotos eſſe, aſſerens Pontificem renunciatum conſanguineos & affines non habere. Venientes autem ad ipſum aliud *Benedictus 12.*

nihil obtinuerūt quàm ſumptus in itinere factos, & qui domum reuerſuris neceſſarij eſſent. Quo mortuo Clemens ſextus Pontificis maximi culmen adeptus eſt. Is Iubilæum quinquageſimo quoque anno decreuit: mortalium enim pauciſſimi duntaxat centeſimum attigêre, proptereaque à Bonifacij ſtatuto eſt facilè diſceſſum. idque Anno 1350. At Clemens quidem theſauros Eccleſiæ liberali manu penequ profuſa propinquis & conſanguineis ſuis distribuit, ipſos locupletes ac diuites memoreſque ſui eſſe cupiens. A fœminei item ſexus delicijs non abſtinuit: quin decumbentem in lecto, & morbo, quo eſſe deſijt, laborantem, ſolæ fœminæ conſanguineorum vel affinium vxores earumque pediſſequ texerunt. Continua febri correptus tandem extinguitur.

Clemens 6.

Innocētius 6.

Anno. 1352.

Poſt hunc Innocentius quartus maximum pontificatum in familiam ſuam intulit. Hic Tribunos populo Romano deſignauerat, ſed vterque Tribunus miſerrimo fato ſublatus eſt, & Senatoria dignitas reſtituta redditaque nobiliſſimis ciuibus quibus adempta fuerat. At Innocentius Hiſpanum Cardinalem bellica laude inſignem in Italiam miſit, vt Patrimonium Petri (nempe ditiones præter alias quas Matildis olim Gregorio ſeptimo & Romanæ Eccleſiæ obtulerat) occupatum à quibuſdam tyrannis, recuperaret armis ſi precibus non poſſet: arma enim ſunt Pontificum perfugia cum preces non ſeruiunt. Qui cum pontificatum adminiſtraſſet annis nouem & amplius, deceſſit Auinione, Anno 1362. In cuius locum eligitur abſens Vrbanus quintus, & Pontifex maximus ſalutatur. Cardinales enim ſinguli ad ſummum aſpirant, quorum vix eſt qui alium quàm ſe vnum dignum cenſeat. Sed quoniam nominare alios eſt neceſſe, quiſque ſe cogitans alium nominat, viciſſim ab alijs nominandus. Hic in Italiam profectus à Romanis vt Deus aliquis è Cœlo delapſus receptus eſt, ſed rurſus in Galliam reuerſus. Ad quem iam graui morbo decumbentem, cum Peruſini oratores acceſſiſſent, ne illos diutius detineret, ad ſe vocari

Vrbanus 5.

D

cari iuſſit, admonitos vt paucis loquerentur. Quorum vnus multis verbis vſus eſt, ita vt Pontifex ſæpe moleſtiam audiendi præ ſe ferret. Cum tandem indoctus ille peroraſſet, quæſiuit Pontifex nunquid aliud vellent? Tum alter ex oratoribus, qui & dicentis ſtultitiam & Pontificis moleſtiã percepiſſet: Pater, inquit, Sanctiſſime, habemus hoc in mandatis noſtris, vt niſi nobis feceris ſatis, ſocius hic meus iterum referat ſermonem ſuum. Quo facetè dicto, cum arriſiſſet Pontifex, oratores expediri iuſſit. Paulò poſt victus morbo exceſſit è vita. Huic ſucceſſit Gregorius vndecimus Maſſiliæ electus, qui Catharinam Senenſem ad ſe miſſam honorificè excepit. Optabant Itali Pontificis in Italiam profectionem. Ille exiſtimans multa mala ſe abſente fieri, de adeunda Italia cogitauit, & menſe Septembri ſoluens è portu Maſſiliæ, Romam ingreſſus eſt Ianuario inſequenti: quem veſicæ dolori ingenti extinctum Romæ conſtat menſe Martio Anno 1378. Gregorius 11.

CAP. XI.

Schiſma oritur & continuatur, Synodus inducitur.

A Gregorio in Papatu ſucceſſit Vrbanus ſextus ſexagenarius. In eo quidem virtutes ante pontificatum elucebant, ſed Pontifex factus viſus eſt eas aut nunquam habuiſſe, aut vno veluti momento amiſiſſe. Magna diſcordia eligebatur ad illam dignitatem; lapidibus enim ac ſagittis negocium conficiebatur, ſed ita vt nemo Cardinalium læderetur. Cardinales Galli per ſpeciem vitandi Vrbani æſtus, Fundos oppidum non procul à mediterraneo mari ſe recipiunt, ſcribuntque Italis qui ſeceſſerant ab vrbe vt ad ſe veniant, ſingulis pontificatũ polliciti. Illi ſpe prædę rectà eunt Fundos, habitisq; comitijs Pontificem creant, eiq; Clementis ſeptimi nomen tribuunt: deceptisque Italis illum Auenionem traducunt. Qui duo Pontifices ~~cum~~ alter in alterũ

Vrbanus 6.

quod Cardinales [illegible] ... inuolutos in ... demerſerat,

fulminum globos eijcerent, ac torrentes dirarum in alterutrum effundebant, irrita ſpe reſtitutionis in gratiam: neuter enim cedere paratus erat. Omnis deinceps Vrbani cura in locupletãdo Frãciſco Pregnano molli & effœminato iuuene poſita fuit, quem tamem Pontifex moriens miſerum reliquit: vixit enim vt equus intractatus & nouus. Denique repente viſus eſt amiſiſſe virtutes omnes quibus abundare cum ante pontificatum fama erat. Tandem moritur Romę, non ſine ſuſpicione veneni, Anno 1389.

Bonifacius 9.

In Vrbani locum ſubſtituitur Bonifacius nonus, antea Petrus Tomacellus dictus Neapolitanus: auaritiæ vitio notatus, Iubilæum ad vigeſimumquintum annum contraxit, quo quidem Pontifice Clemens Auenione obijt. Succeſſit autem Clementi Benedictus Luna cognominatus, cui Carolus ſextus Francorum Rex obſequium præſtari iuſſit, tandem deſijt eũ colere. Bonifacius interim Romæ erat, à quo, anno 1400. liberatione delictorum publicata, Romam concurſus ingens factus eſt. Ad Bonifacium autem miſſi ſunt legati Benedicti aduerſarij eius, rogatum vt rationem iniret Schiſmatis auferendi. Cumque is nullo modo perſuaderi potuiſſet vt id faceret, repente correptus morbo ex febri & calculo moritur, Anno 1404. Bonifacius à paucis laudatus ſucceſſorem habuit nomine Innocentium ſeptimum, ea lege electum vt pro virili Schiſma tolleret: id tamen vt faceret renunciatus Pontifex perſuaderi non potuit. Qui poſt ſedatum Romæ tumultum à fratris filio excitatum, moritur, Anno 1407. B

Innocẽtius 7.

Gregorius 12.

In huius locum ſucceſſit Gregorius duodecimus Venetus poſt longam Patrum deliberationem, inita ratione ad penitus tollendum Schiſma, præſtito ad hoc ab omnibus iureiurando: vt ſi ſe aduerſarius abdicare vellet, quod Galliæ principes ſe præſtituros promiſerunt, ipſe electus quoq; pontificatum dimitteret. Ad hoc validiſſimæ obligationes conſtituebantur, promiſſiones & vota bona fide præſtanda. C

Quare

Quare opus non eſſe calliditate conſilij ad quærendum virum qui peritia rerum gerendarum idoneus eſſet pontificatui, ſed fide & integritate præſtantem, vt electus qui fuerit, procuratione conſtituta intelligeret ſe potius ad deponendum pontificatum quàm Pontificem ſe factum electum eſſe. Ita animati, in Angelum Corarium natione Venetum vt dixi, quem Gregorium appellarũt, cõſenſum omnes verterunt. Is ergo conclaui egreſſus, promiſſionem, votum & iuramentum quæ priuatus fecerat, nunc in poteſtate conſtitutus iterato nouauit, & vocatis notarijs publicis ſe facturũ promiſit. Poſtmodum verò dulcedine ductus dignitatis, iuramenta & promiſſiones omnes irritas fecit, nihil ſeruans eorum quæ promiſerat. Quod ægrè ferens Cardinalis Burdegalenſis, hic, inquit, nobis effecit quod hiſtrio quidam, qui ſe volaturum aſſerebat, tandem nates populo oſtentauit. Eodem modo noſter, tandem nobis poſteriora oſtendendo ſatisfecit. Quare conuocata Piſis Synodo Gregorio & Benedicto comparêre nolentibus, ſententia in eos lata eſt, qua vt hoſtes Eccleſiaſticæ concordiæ damnati ſunt: neuter tamen volebat põtificatu cedere. Quare Patres Petrum Philaretum Franciſcanũ ſeptuagenariũ ferè elegerunt, cui Alexandri quinti nomen datum eſt. Qui poſtquam nullum ſuæ vocationis officiũ ſciens omiſiſſet, ineunte vndecimo menſe ſui Pontificatus vita functus eſt: vir pontificio honore digus. Lautus verò in victu & eſſe & videri volebat, ac vinis propter ſenectutem generoſis vtebatur, idque Anno 1410. Alexander 5.

CAP. XII.

Synodus Conſtantiæ habetur, Antipapæ abdicantur, Schiſma tollitur, Inquiſitio conſtituitur.

Poſt Alexandrum conſentiente Cardinalium collegio ad ſummum ſacerdotium promotus eſt Ioannes vigeſimustertius, rerum experientia magis quàm vitæ ſan- Ioannes 23.

ctimonia præditus: qui ex præſcripto Synodi Piſanæ Concilium indixit Conſtantiam, Anno 1414. Et quia de ſtatu Eccleſiæ agendum erat, viuentibus adhuc Gregorio & Benedicto, Ioannes qui ſe ſponte renunciaturum ſuſceperat, poſtea non ſatis conſtans ex Conſtantia mutata veſte profugit: citatuſq; peremptorijs edictis non comparens ſimoniç damnatus eſt & magiſtratu illo deiectus. Gregorius quoq; per procuratorem abſens fatetur ſe renunciare: nec ita multo pòſt admodum ſenex decedit Romæ. Supererat Benedictus, ad quem citãdum Synodus miſit duos Benedictinæ familiæ monachos. Quos cum vidiſſet in atra veſte ad ſe venientes, Synodales, inquit, coruos audiamus. Tum alter eorum, minimè, inquit, mirum videri debet, ſi corui ad deiectũ cadauer accedimus. Nam Synodus illum vt contumacem & peſtiferum remouit, vnicumque eligendum cenſuit. In eodem Concilio Ioannes Hus, & Hieronymus eius diſcipulus combuſti ſunt, dicentes, vt Platina refert, Eccleſiaſticos pauperes eſſe debere, cum ex tanta rerum copia & luxu populi ſcandalizentur. Interim fugitiuus Ioannes in caſtrum Manheim deportatus triennium peregit. Coëmpta demum fuga pontificatu priuatus, ingentis muneris loco Cardinalatum ſupplex accepit, Anno 1419.

Martinus 3. vulgo 5. Abdicatis pontificatu Ioanne, Gregorio atque Benedicto Martinus tertius vulgò quintus Pontifex creatus fuit: cuius coronationi Sigiſmundus Cæſar interfuit. Et Martinus quidẽ relictis multis rebus incõpoſitis diem ſuum obijt, B

Eugenius 4. Mortuo Martino Eugenius quartus Pontifex deſignatur: ſub quo Græci cum Latinis in religione conſentire ſtudebãt propter Mahumetanos multas illorum prouincias occupãtes, verùm exitu nullo qui bonus fuerit diſceſſerunt. Hoc tempore Concilium Baſilienſe cœptum eſt, & pragmatica ſanctio cõſtituta, vbi Amadeus Sabaudiæ dux abſens in Eugenij locum ſuffectus eſt, & vocatus Felix quintus, cuius coronationem Aeneas Syluius deſcripſit; qui tandem ſe liberè pon-

rè pon-

rè pontificatu abdicauit, ſchiſmate extincto. Quare Eugenij ſucceſſorem Nicolaum quintum nō Felicem numerant, Nicolaus 5.
qui Nicolaus quoque in annum Iubilæi incidit, à Bonifacio octauo primū inſtituti, Anno 1450. Sub hoc Nicolao Conſtantinopolis capta eſt, Friderico Cæſare in Italia nuptijs & coronationis honore apud Pontificem vacāte, Anno 1453. Ferunt illum vno atque eodem anno Epiſcopum, Cardinalem, ac Pontificem creatum fuiſſe. In cuius locum ſubrogatus eſt Calixtus tertius, ſexageſimo ætatis ſuæ anno, corpore Calixtus 3.
quidem imbecillo, ſed animo ingenti. Bellum in Turcas parare auſus eſt, cum ij, capta Conſtantinopoli iam ſe in Hungariam effudiſſent. Hic Pontifex propter Turcę impetus circa meridiem campanas in templis Chriſtianorū pulſari iuſſit, Anno 1455. à quo more nondum diſceſſum eſt. Cæterum mors octogenarij ſenis, & res Italię iterum turbatæ eius conſilia euerterunt, Anno 1457.

C Mortuo Calixto Pius ſecundus, antea Aeneas Syluius Pius 2.
dictus fit Epiſcopus Romanus. Renunciato Pontifici oblati ſunt ei ad ſpectandum theſauri à Calixto relicti. At ille: auferte hęc, inquit, citius enim expendemus quàm alij congeſſerint. Ludouicum vndecimum rogat vt ſanctionem pragmaticam abroget, latam temporibus diri ſchiſmatis, ſediq; ſuæ inuiſam. Rex ſe illam abrogare ſcribit. Dicitur Pius multùm amaſſe gemmas, earumq; vſu plurimum delectatus, atque adeo apoplexia inde contracta, eodem morbo mortuus: de quo tamen autores dubitant. Fatetur item ſe erraſſe cum aduerſus Eugenium quartum pro Baſilienſi Synodo ſtaret, ſcripta & publicata retractatione: in qua vitā ipſe ſuam planius explicat quàm hiſtorici facere potuerint: eſt autem prolixior quàm vt hic inſeratur. Poſt obitum Pij ſecundi Paulus ſecundus conſtituitur quem ferunt incre- Paulus 2.
dibili rerum vſu atque peritia clarum fuiſſe. Qui tamen pontificiam dignitatem ſic exercuit, vt neq; magnopere ſit laudandus, neque acriter vituperandus. Iura tamen omnia in

ſcrinio pectoris ſibi eſſe gloriabatur, inſtar Bonifacij octaui, à quo & id dictum conſtat. Obijt apoplexiæ morbo ſenex, Anno Chriſti 1471. cum Dionyſius Chartuſianus, multorū librorum autor Ruremundæ floruit.

Sixtus 4. Succeſſit Sixtus quartus Franciſcanus, à quo decretum eſt de conceptione virginis poſſe quamlibet opinionem credi ſine hæreſis vitio, vt Franciſcani Dominicaniq́ue pacificè viuerent. Catholicum nomen Ferdinando Caſtiliæ Regi tribuit, inquiſitioniſque officium in Hiſpania inſtituit. His alijsq́ue rebus geſtis moritur Sixtus, anno vno poſt natum Martinum Lutherum, Anno 1484.

Innocētius 8. Liguria Sixto ſucceſſorem dedit Innocentium octauum. Per id tempus Zizimus frater Regis Turcarum à Rhodijs captus Romam abducitur. Inceſſit per ſpecioſiores vias, inſigni inſidens equo, mediuſque inter Franceſchetum Papæ filium, & magiſtri Rhodiorum equitum fratrem. Deductus ad Pontificis maximi cōſpectum, conſpicuo in throno ſedentis, neque flecti ante illum, neq; deoſculari ex more ſandalium vllo modo voluit. Deceſſit Innocentius, Anno Chriſti 1492.

Alexander 6. In locum Innocentij recens mortui conſequutus eſt D
Alexander ſextus, largitionibus ad illam dignitatē euectus, domeſticis calamitatibus filiorum conturbatus, tragica exempla domi pertulit. Sub huius pontificatu Carolus octauus Francorum Rex fratrem ſecum ducendum ſuſcepit, quē Alexander pro ducētis aureorum millibus à Turca receptis veneno necauit. Gallis poſtea Italia exactis Iubilęum publicari iuſſit, Anno 1500. Cum autem in Vaticana villa cœnaret, medicata lagena vini parata ad exitium nonnullis Cardinalibus cōuiuis, pincernæ errore factū eſt, vt ſenex Pontifex venenū hauriret: nec diu vim illius ferre potens, vita defunctus eſt.

Pius 3. Hunc ſequutus eſt Pius tertius breuis temporis Pontifex: qui poſt ſolemnes ceremonias facem ſtupeam col lucentem vidit, audiuitq; vocē qua vti ſolent in coronatione Pontificis: *Sic tranſit gloria mundi:* atq; ideo fleuiſſe dicitur.

Cæterùm

Cæterum vix Principes nuncium audiuerant electionis, cum homo valetudinarius atq; imbecillo corpore deceſſit, die vigeſima ſexta pontificatus ſui.

E Iulius ſecundus cum Pium obijſſe cognouit, pecunia beneficijſq; eccleſiaſticis & profuſiſſima largitione pontificatum aucupans, atque illud apud familiares ingeminans, Romanum pontificatum pluris æſtimandum quàm vendi vel emi ab imperitis conſu eſſet: quippe rem tantam ex earum numero eſſe, quæ æſtimationem non recipiant. Idque feliciter ei ſucceſſit, æmulo illius Cardinale S. Petri ad vincula ſuperato, etſi amicis ac exiſtimatione & diuitijs ſuperiori. Itaque ne clauſo quidem conclaui Iulium Pontificem dicunt. Hic barbam prolixam contra morē maiorum aluit, & omni vita bellum geſſit, omneque eius ſtudium militare fuit, planeq; Iulium egit. Obijt Romę ſeptuagenario maior, Anno 1513. Iulius 2.

CAP. XIII.

Indulgentiæ oppugnantur, Roma capitur, Ieſuini prodeunt, Tridentina Synodus completur, Calendarium mutatur.

A CVm Iulius vita defunctus eſſet, Cardinalium iuniorū numerus Leonem decimum Medicea gente, triginta ſeptem annos natum Pontificem dicunt ſalutantque licet id ſenes ægrè ferebant. Leo venationi & aucupijs, & omni oblectationis generi deditus, regem potius quàm Pontificem egit. Delectabatur operibus Raphaëlis Vrbinatis pictoris eximij. Muſicos in precio habebat, atque omne genus delectamenti. Martinum Lutherum qui indulgentias taxabat è piorum cætu ſummouit, irrita ſpe deterrendi hominis. Obijt anno 1521. Leo Adrianum ſextum Caroli quinti præceptorem purpura dignum judicarat, neſcius illum ſibi ſucceſſurum. Hic abſens nec Romę familiam habens pontificatum obtinuit; Qua in re Cardinales feſelle- Leo. 10. Adrianus 6.

re Romanam plebem, auidè ſpolia domumque vbi habitat is qui Pontifex renunciatus eſt more ſuo diripientem: quod putet ad tantam fortunã eum perueniſſe, ut egere amplius non poſſit. Adrianus ex Hiſpania Romam veniens, vidit artifices arcum triumphalem ad portas facere, quos ceſſare jubet, gentilium id opus eſſe, non Chriſtianorum. Fœminã habitu virili cum deprehendiſſet, veſtimenta ei detrahi nudarique juſſit, dicens: careat veſte fœminea, careat virili. Cũ in hortis Vaticanis Laocoon opus mirabile offenderet, & hoc, inquit, idolum apud veteres fuit, prophana huiuſmodi opera planè reſpuens. Nuntius captæ Rhodi inſulæ maximo ipſum dolore affecit. Sub hoc Pontifice floruit Eraſmus Roterodamus, vterque Batauus. Cuius præter infinita volumina doctæ extant epiſtolæ ad Adrianum, & rurſus Adriani ad Eraſmum: quemadmodũ & Leonis decimi & Pauli tertij ad eundem Eraſmum, & Eraſmi ad ipſos & ad Clementẽ ſeptimum. Sexageſimum ſextum ætatis annum impleuerat Adrianus, & Pontificatus ſui ferè ſecundum, cum condito Louanij Collegio exceſſit è vita, anno à partu virginis 1523.

Clemens 7. In cuius locum ad pontificiam amplitudinem peruenit Clemens ſeptimus, & poſthumus & naturalis Iuliani Medices filius: homo timidus natura & cunctanti ſimillimus, à voluptatibus alienus, multarum rerum ſcientia excellens: cui tamen deerat liberalitas ob inopiam ærarij eccleſiaſtici Leonis temporibus exhauſti. Romam obſeſſam ab Hiſpanico exercitu, eandem captam direptamq; vidit: fecitque deditionem ſui ea conditione, ut cuncta quę Cæſar abſens imperaſſet, ſe facturum polliceretur. Poſtea arma in Lutherũ *potius* ſumi jubet. *quã in Turcas* Maſſiliæ vidit Franciſcum regem Francorum, eiuſque filio Henrico deſpondit Catharinam Laurentij Medices junioris filiam. Quo mortuo Cardinales Paulum tertium Farneſium Pontificem dicunt, anno 1534. Hic omni ſtudio quæſiuit quomodo mederetur Germaniæ Lutherana doctrina laboranti. Quare Synodum Tridentinam indicit.

Paulus 3.

cit. Demum pontificatus ſui annũ ingreſſus decimum ſextum febri correptus obijt, cum antea Bembum & Sadoletum Cardinales eſſe juſſerat. Petierat Paulus moriens, ut optimum ſibi ſucceſſorem eligerent. At illi poſt ſummas diſſenſiones Pontificem fecerunt Iulium tertium, hominẽ voluptatibus deditũ hilaritati & genio indulgentẽ: & quas antè voluptates non niſi furtim ſequebatur, Pontifex deſignatus etſi plus quam ſexagenarius, vltro complexus eſt, quibus omni deinceps vita indulſit. Hæc narramus quia ſic geſta ſunt, & à ſinceris ſcriptoribus notata. Tridentinã Synodum ſub Paulo tertio inchoatam publicis literis haberi juſſit ad tollenda religionis diſſidia, anno 1550. Ianuas miſericordiæ illum aperuiſſe dicunt, & apoſtolicæ ſedis clementia pœnas molliuiſſe, ut aberrantes redirent in gratiam. Deceſſit Romæ ex febricula anno 1554. Iulius 3.

C Succeſſit Marcellus ſecundus, qui exemplo Adriani ſexti nomen ſuum non mutauit: qui cum officio fungi cogitabat, vigeſimo põtificatus die excedit è vita. Marcello mortuo, antequam Patres comitia ingrederentur, conuenit inter eos, ut electus qui foret, agnatos deceſſoris honeſto aliquo munere afficeret. Domum enim eius more Romano à plebe nudatam ſciebant, nec potuiſſe Pontificem tam cito amiſſarum facultatum damnum eis reparare: id tamen à ſucceſſore minimè præſtitum fuit. Hic fuit Paulus quartus, antea Theatinus Epiſcopus, ſed pertæſus mollioris vitæ collegium Theatinorum inſtituit. Hi ſunt alij à Ieſuinis, nam hi ſibi videntur ſoli ſocietatem contraxiſſe cum Ieſu, & à Paulo tertio primum confirmati. Paulus igitur quartus, annum natus ſeptuageſimum nonum Epiſcopus vrbis deſignatus magno faſtu coronatus eſt. Quærenti eius œconomo quomodo in poſterum ipſe fratriſq; filij victuri eſſent, munificè, inquit, ut Principes decet. Quod autem Ferdinandi Cæſaris legatos audire noluit, id pro dignitate pontificia facere eſt viſus: cedere enim imperio Carolum quintum, ne Marcellus 2. Paulus 4.

fratri quidem ſuo, Apoſtolica ſede inconſulta debuiſſe prædicabat. His alijſque rebus geſtis deceſſit Paulus ex dolore aquæ intercutis, anno 1559.

Pius 4. Sequutus eſt Pius quartus, poſt graues longaſque diſ- D ſidij & contentionis moras. Qui exoſus molliores indulgentias anteceſſoris in agnatos, ne in poſterum ſimiliter deſiperent, exemplum memorabile reliquit: Carolũ Caraffam Cardinalẽ honoribus exutũ, & maieſtatis damnatũ, ſtrangulari juſſit, & aliquot præterea affinibus eius decollatis, ne ulla cognatio Pontificem decipere in reliquum tempus auderet. Sub hoc Pontifice finis Tridentinæ Synodo impoſitus eſt. Pio quarto ſucceſſit Pius quintus, talis Pontifex qualem

Pius 5. ætas noſtra non vidit, annum iniens ſexageſimum ſecundũ. Ferunt neminem fuiſſe qui maiore libertate ſententiam diceret, qui minus ad gratiam loqueretur. Non enim fumoſæ maiorum imagines, non inuidioſa diuitiarum magnitudo, non eblanditæ Principum commendationes viam illi ad pontificatum munierunt. Quo ſuſcepto memoria recolens Eliam Iudæum ſibi pollicitum, ſe Chriſtianum futurum cum ipſe Pontifex renunciaretur, miſit ad eum rogatum ut pacti memor fieret. Ille Chriſtianus fieri non recuſauit, triginta Iudæis ſecum adductis, ut aqua Chriſtiana tingerentur. Magnam item lętitiam animo concepit audita Chriſtianorum ad Neupactum nauali victoria. At nihil eſt quod in eo viro Caluiniani ſoleant arguere, niſi quas nõ probabant nuptias inter Philippum Hiſpaniæ Regem & ſororis eius filiam, eandemque Maximiliani agnati, omni jure ciuili improbatas, quæ autoritate illius factæ ſunt. Obijt Romæ ex acerbiſſimo grauiſſimoque calculi dolore, anno 1572. cum ſæpe diceret: Domine adde ad dolorem, dummodo addas ad patientiam.

Gregorius 13. Mortuis duobus Pijs cum eligendi ſucceſſoris cauſa E conueniſſent, Gregorius decimus tertius ſummus Pontifex renunciatus eſt, vir tanta manſuetudine & liberalitate,

tum

tum magnificentia, vt natus Pontifex Romanus non factus videretur. Atque hoc illi ſtudio fuit, ut à nullo metueretur, nec immerito: Etenim amari parens & Epiſcopus debet, nō timeri. Antiqua ſententia eſt, eaque à Hieronymo ſcripta. Hic ſeminaria varijs locis inſtituit, renouandæ Eccleſiaſticæ diſciplinæ gratia, quæ vbique collapſa videbatur. At anno Domini 1585. pontificatus autem ſui decimotertio, nec alio quam ſenectutis morbo obijt, correcto prius Calendario Romano: de qua correctione pluribus dicere nihil neceſſe eſt.

F Gregorius Sixtum quintum ſucceſſorem habet, cui viuenti elogium ſcribere indecorum putatur. Nemo, inquit Ambroſius, penetralia domus de ingreſſu æſtimet. Sixtus 5.

Hactenus Romanorum Pontificum Breuiarium qua potui breuitate collectum: in quo nihil quàm quod à ſinceris ſcriptoribus notatum ſit, narraui, æquus lector judicet. Neque enim hæc in alicuius gratiam, nec ſpe premij collegi, ſed ut aliquo modo Reipubl. proſim.

(:.:)

NVMERVS ET ORDO ROMANORVM PONTIFICVM.

CAP. I.

1 *Petrus.*
2 *Linus.*
3 *Cletus.*
4 *Clemens.*
5 *Anacletus.*
6 *Euariſtus.*
7 *Alexander.*
8 *Sixtus 1.*
9 *Teleſphorus.*
10 *Higinius.*
11 *Pius 1.*
12 *Anicetus.*
13 *Soter.*
14 *Eleutherius.*
15 *Victor 1.*
16 *Seuerinus.*
17 *Calixtus 1.*
18 *Vrbanus 1.*
19 *Pontianus.*
20 *Antherus.*
21 *Fabianus.*
22 *Cornelius.*
23 *Lucius 1.*
24 *Stephanus 1.*
25 *Sixtus 2.*
26 *Dionyſius.*
27 *Felix.*
28 *Eutichianus.*
29 *Caius.*
30 *Marcellinus.*
31 *Marcellus 1.*
32 *Euſebius.*

CAP. II.

33 *Miltiades.*
34 *Silueſter 1.*
35 *Marcus.*
36 *Iulius 1.*
37 *Liberius.*
38 *Felix 2.*
39 *Damaſus 1.*
40 *Siricius.*
41 *Anaſtaſius 1.*
42 *Innocentius 1.*
43 *Zoſimus.*
44 *Bonifacius 1.*
45 *Cœleſtinus 1.*
46 *Sixtus 3.*
47 *Leo 1.*
48 *Hilarius.*
49 *Simplicius.*
50 *Fœlix 3.*
51 *Gelaſius 1.*
52 *Anaſtaſius 2.*
53 *Symmachus.*
54 *Hormiſda.*
55 *Ioannes 1.*
56 *Bonfacius 2.*
57 *Ioannes 2.*
58 *Agapitus 1.*
59 *Siluerius.*
60 *Vigilius.*
61 *Pelagius 1.*
62 *Ioannes 3.*
63 *Benedictus 1.*
64 *Pelagius 2.*

CAP. III.

65 *Gregorius 1.*
66 *Sabinianus.*
67 *Bonifacius 3.*
68 *Bonifacius 4.*
69 *Deuſdedit.*
70 *Bonifacius 5.*
71 *Honorius 1.*
72 *Seuerinus.*
73 *Ioannes 4.*
74 *Theodorus 1.*
75 *Martinus 1.*
76 *Eugenius 1.*
77 *Vitalianus.*
78 *Adeodatus.*
79 *Donus 1.*
80 *Agatho.*
81 *Leo 2.*
82 *Benedictus 2.*
83 *Ioannes 5.*
84 *Conon.*
85 *Sergius 1.*
86 *Ioannes 6.*
87 *Ioannes 7.*
88 *Siſinius.*
89 *Conſtantinus.*
90 *Gregorius 2.*
91 *Gregorius 3.*
92 *Zacharias.*

CAP. IIII.

93 *Stephanus 2.*
94 *Paulus 1.*
95 *Stephanus 3.*
96 *Adrianus 1.*
97 *Leo 3.*
98 *Stephanus 4.*
99 *Paſchalis 1.*
100 *Eugenius 2.*
101 *Valentinus.*

102 Gregorius 4
103 Sergius 2.
104 Leo 4.
105 Benedictus 3.
106 Nicolaus 1.
107 Adrianus 2.
108 Ioannes 8.
109 Marinus 1.

CAP. V.

110 Adrianus 3.
111 Stephanus 5.
112 Formoſus.
113 Bonifacius 6.
114 Stephanus 6.
115 Romanus.
116 Theodorus 2.
117 Ioannes 9.
118 Benedictus 4.
119 Leo 5.
120 Chriſtophorus
121 Sergius 3.
122 Anaſtaſius 3.
123 Lando.
124 Ioannes 10.
125 Leo 6.
126 Stephanus 7.
127 Ioannes 11.
128 Leo 7.
129 Stephanus 8.
130 Marinus 2.
131 Agapetus 2.
132 Ioannes 12.
133 Benedictus 5.
134 Leo 8.
135 Ioannes 13.
136 Benedictus 6.
137 Donus 2.
138 Bonifacius 7.
139 Benedictus 7.
140 Ioannes 14.
141 Ioannes 15.
142 Ioannes 16.

CAP. VI.

143 Gregorius 5.
144 Ioannes 17.
145 Silueſter 2.
146 Ioannes 18.
147 Ioannes 19.
148 Sergius 4.
149 Benedictus 8.
150 Ioannes 20.
151 Benedictus 9.
152 Silueſter 3.
153 Gregorius 6.
154 Clemens 2.
155 Damaſus 2.
156 Leo 9.
157 Victor 2.
158 Stephanus 9.
159 Benedictus 10.
160 Nicolaus 2.
161 Alexander 2.

CAP. VIII.

162 Gregorius 7.
163 Victor 3.
164 Vrbanus 2.
165 Paſchalis 2.
166 Gelaſius 2.
167 Calixtus 2.
168 Honorius 2.
169 Innocentius 2.
170 Cæleſtinus 2.
171 Lucius 2.
172 Eugenius 3.
173 Anaſtaſius 4.
174 Adrianus 4.
175 Alexander 3.
176 Lucius 3.
177 Vrbanus 3.

CAP. VIII.

178 Gregorius 8.
179 Clemens 3.
180 Cœleſtinus 3.
181 Innocentius 3.
182 Honorius 3.
183 Gregorius 9.
184 Cœleſtinus 4.
185 Innocentius 4.
186 Alexander 4.
187 Vrbanus 4.
188 Clemens 4.
189 Gregorius 10.
190 Innocentius 5.

CAP. IX.

191 Adrianus 5.
192 Ioannes 21.
193 Nicolaus 3.
194 Martinus 4.
195 Honorius 4.
196 Nicolaus 4.
197 Cœleſtinus 5.
198 Bonifacius 8.
199 Benedictus 11.

CAP. X.

200 Clemens 5.
201 Ioannes 22.
202 Benedictus 12.
203 Clemens 6.
204 Innocentius 6.
205 Vrbanus 5.
206 Gregorius 11.

CAP. XI.

207 Vrbanus 6.
208 Bonifacius 9.
209 Innocentius 7.
210 Gregorius 12.
211 Alexander 5.

CAP. XII.

212 Ioannes 23.
213 Martinus 5.
214 Eugenius 4.
215 Nicolaus 5.
216 Calixtus 3.
217 Pius 2.
218 Paulus 2.
219 Sixtus 4.
220 Innocentius 8.
221 Alexander 6.
222 Pius 3.
223 Iulius 2.

CAP. XIII.

224 Leo 10.
225 Adrianus 6.
226 Clemens 7.
227 Paulus 3.
228 Iulius 3.
229 Marcellus 2.
230 Paulus 4.
231 Pius 4.
232 Pius 5.
233 Gregorius 13.
234 Sixtus 5.

Exceptis Antipapis in hoc ordine non notatis.

NOMINA ROM. PONTIFICVM ORDINE LITERARVM. NVMERVS caput, litera diſtinctionem indicat.

A

Adeodatus 3. b.
Adrianus primus 4. b.
Adrianus ſecund. 4. c.
Adrianus III. 4. c.
Adrianus IIII. 7. d.
Adrianus V. 9. a.
Adrianus VI. 13. a.
Agapitus primus 2. c.
Agapitus ſecundus 5. c.
Agatho 3. b
Alexander primus 1. a
Alexander ſecund. 6. d
Alexander III. 7. d
Alexander IIII. 8. d
Alexander V. 11. c
Alexander VI. 12. d
Anacetus 1. a
Anacletus 1. a
Anaſtaſius prim. 2. a
Anaſtaſius ſecundus 2. b
Anaſtaſius III. 5. b
Anaſtaſius IIII. 7. d
Antherus 1. b

B.

Benedictus prim. 2. c.
Benedictus ſecund. 3. c.
Benedictus III. 4. c
Benedictus IIII. 5. a
Benedictus V. 5. c
Benedictus VI. 5. c
Benedictus VII. 5. d
Benedictus VIII. 6. b
Benedictus IX. 6. b
Benedictus X. 6. d
Benedictus XI. 9. c
Benedictus XII. 10. c
Bonifacius prim. 2. a
Bonifacius ſecund. 2. b
Bonifacius III. 3. a

Bonifacius IIII. 3. a
Bonifacius V. 3. b
Bonifacius VI. 5. a
Bonifacius VII. 5. d
Bonifacius VIII. 9. d
Bonifacius IX. 11. b

C.

Cæleſtinus prim. 2. a
Cæleſtinus ſecund. 7. c
Cæleſtinus III. 8. a
Cæleſtinus IIII. 8. c
Cæleſtinus V. 9. c
Caius 1. c
Calixtus primus 1. b
Calixtus ſecund. 7. c
Calixtus tertius 12. b
Chriſtophorus 5. a
Clemens prim. 1. a
Clemens ſecund. 6. c
Clemens III. 8. a
Clemens IIII. 8. d
Clemens V. 10. a
Clemens VI. 10. c
Clemens VII. 13. b
Cletus 1. a
Conon 3. c
Conſtantinus 3. c
Cornelius 1. b

D.

Damaſus primus 2. a
Damaſus ſecund. 6. c
Deusdedit 3. b
Dionyſius 1. c
Donus primus 3. b
Donus ſecund. 5. d

E.

Eleutherius 1. a
Eugenius primus 3. b
Eugenius ſecund. 4. c
Eugenius III. 7. c
Eugenius IIII. 12. b
Euariſtus 1. a
Euſebius 1. c
Eutychianus 1. c

F.

Fabianus 1. b
Felix primus 1. c
Felix ſecundus 2. a
Felix tertius 2. b
Formoſus 5. a

G.

Gregorius primus 3. a
Gregorius ſecund 3. d
Gregorius III. 3. d
Gregorius IIII. 4. c
Gregorius V. 6. a
Gregorius VI. 6. b
Gregorius VII. 7. a
Gregorius VIII. 8. a
Gregorius IX. 8. b
Gregorius X. 8. d
Gregorius XI. 10. d
Gregorius XII. 11. c
Gregorius XIII. 13. c
Gelaſius prim. 2. b
Gelaſius ſecund. 7. b

H.

Higinius 1. a
Hilarius 2. b
Honorius prim. 3. b
Honorius ſecund. 7. c
Honorius III. 8. b
Honorius IIII. 9. c
Hormiſda 2. b

NOMINA

I
Innocentius prim. 2.a
Innocentius ſecund. 7.c
Innocentius III. 8.b
Innocentius IIII. 8.c
Innocentius V. 8.d
Innocentius VI. 10.d
Innocentius VII. 11.b
Innocentius VIII. 12.c
Ioannes prim. 2.b
Ioannes ſecund. 2.c
Ioannes tertius 2.c
Ioannes IIII. 3.b
Ioannes V. 3.c
Ioannes VI. 3.c
Ioannes VII. 3.c
Ioannes VIII. 4.c
Ioannes IX. 5.a
Ioannes X. 5.b
Ioannes XI. 5.b
Ioannes XII. 5.c
Ioannes XIII. 5.c
Ioannes XIIII. } 5.d
Ioannes XV. } 5.d
Ioannes XVI. } 5.d
Ioannes XVII. 6.a
Ioannes XVIII. 6.a
Ioannes XIX. 6.a
Ioannes XX. 6.b
Ioannes XXI. 9.a
Ioannes XXII. 10.b
Ioannes XXIII. 12.a
Iulius primus 2.a
Iulius ſecund. 12.c
Iulius tertius 13.b
L.
Lando 5.b
Liberius 2.a
Linus 1.a
Leo primus 2.a
Leo ſecundus 3.c
Leo tertius 4.b
Leo IIII. 4.c
Leo V. 5.a
Leo VI. 5.b
Leo VII. 5.c
Leo VIII. 5.c
Leo IX. 6.c
Leo X. 13.a
Lucius primus 1.b
Lucius ſecund. 7.c
Lucius tertius 7.d
M
Marcellinus 1.c
Marcellus prim. 1.c
Marcellus ſecund. 13.c
Marcus 2.a
Marinus primus 4.c
Marinus ſecund. 5.c
Martinus primus 3.b
Martinus ſecund. 9.b
Martinus tertius 12.b
Miltiades 2.a
N
Nicolaus primus 4.c
Nicolaus ſecund. 6.d
Nicolaus III. 9.b
Nicolaus IIII. 9.c
P
Paſchalis primus 4.c
Paſchalis ſecund. 7.b
Paulus primus 4.a
Paulus ſecund. 12.c
Paulus III. 13.b

Paulus IIII. 13. c
Pelagius primus 2. c
Pelagius ſecund. 2. c
Pius primus 1. a
Pius ſecund. 12. c
Pius tertius 12. d
Pius quartus 13. d
Pius quintus 13. d
Pontianus 1. b

R

Romanus 5. a

S

Sabinianus 3. a
Sergius primus 3. c
Sergius ſecund. 4. c
Sergius tertius 5. b
Seuerinus 3. b
Siluerius 2. c
Silueſter primus 2. a
Silueſter ſecund. 6. a
Silueſter tertius 6. b
Simmachus 2. b
Simplicius 2. b
Siricius 2. a
Siſinius 3. c
Sixtus primus 1. a
Sixtus ſecund. 1. b
Sixtus III. 2. a
Sixtus IIII. 12. b
Sixtus V. 13. f
Soter 1. a
Stephanus primus 1. b
Stephanus ſecund. 4. a
Stephanus III. 4. b
Stephanus IIII. 4. c
Stephanus V. 5. a
Stephanus VI. 5. a
Stephanus VII. 5. b
Stephanus VIII. 5. c
Stephanus IX. 6. d

T

Teleſphorus 1. a
Theodorus primus 3. b
Theodorus ſecund. 5. a

V

Valentinus 4. c
Victor primus 1. b
Victor ſecund. 6. c
Victor tertius 7. a
Vigilius 2. c
Vitalianus 3. b
Vrbanus primus 1. b
Vrbanus ſecund. 7. a
Vrbanus III. 7. d
Vrbanus IIII. 8. d
Vrbanus V. 10. d
Vrbanus VI. 11. a

Z

Zacharias 3. d
Zepherinus 1. b
Zozimus 2. a

MEMORABILIVM INDEX: DIRECTVS AD NVMERVM CApitum, & literæ diſtinctionem.

A

Adoleſcentulus Papa. 6. b
Affines Pontificem non habere 10. c
Agapitus inops Præſul. 2. c
Alaricum Regem dediſſe leges pro electione Epiſcopi Romani 2. b
Alcoranus latinè verſus 7. c
Alſatius Papa 6. c
Amadeus Pontifex 12. b
Ambroſij dictum 13. f
Ambroſium docuiſſe quæ non didicerat 2. a
Angla meretricula inter Papas locata 4. b c
Arabes Eccleſias Romæ deprædaſſe 4. c
Armorum ſeu inſignium vſum qui Papæ intulerint 6. c
Arnobius quando vixit 1. c
Arrius quo tempore erupit 2. a
Arrogantia Pauli quarti 13. c
Auguſtinus Hipponenſis Epiſcopus 2. a
Auguſtinum naturalem habuiſſe filium 2. a

B

Beliſarius oculis priuatus ſtipem petit 2. c
Bellum ſacrum Gallorum 7. b
Bembus & Sadoletus Card. 13. b
Benedictini opibus affluentes 2. c
Benedictus quo tempore vixit 2. c
Berengarij de Euchariſtia ſententia damnata 6. c
eiuſdem Palinodia 6. d
Bernardi de conſideratione libri 7. c
Bucca porci quis dictus 6. a
Burdegalenſis Cardinalis feſtiuum dictum 11. c

C

Cæleſtini quinti electio 9. c
Cæſares quando ex ſolis Germanis ſumpti 6. a
Cæſaribus Græcis cur autoritas adempta 3. c
Cæſaris Henrici in Gregorium ſeptimum affectus 7. a
Calendarium correctum 13. c
Caluiniani quid in Pio quinto arguerint 13. d
Cardinales eligentes cum alios nominant ſeipſos cogitant 10. d
Cardinales Itali à Gallis decepti 10. a
Cardinalium ditiſſimus 9. a
Cardinales presbyteri ad electionem conſtituti 4. c
Cardinales quando ſoli electores 7. d
Cardinalis vxoratus 9. c
Caraſſa Card. ſtrangulatus 13. d
Carolus Craſſus 4. *in fine.*
Carolus Magnus 4. b
Carolus octauus Neapolim petit 12. d
Catharina Medices 13. b
Catholicus Ferdinandus Rex Caſtiliæ 12. c
Chartularium Lateranenſe veſtiariũ dirupiſſe 3. b
Chiragra qualis morbus 3. c
Chriſtophorus Papa qualis 5. a
Cinthium Papam ſtrangulaſſe 5. c

Comes

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497827-p0056-1

Comes Petragoriorum à Papa dilecta 10. a
Concilium Nicenum 2. a
Conſtantem Cæſarem templa Romæ ſpoliaſſe 3. b
Conſtantia inter Panormitanos 8. a
Conſtantini ſecundi benignitas 3. c
Conſtantinopolis capta 12. b
Contentio in eligendo Pontifice 2. b 7. c. d. 8. d. 9. b. c. 10. a 11. b. c. 12. d. 13. d. &c.
Corui Synodales 12. a
Creſcentius trucidatus 6. a
Cubiculi ruina 9. a
Cypriani controuerſiæ 1. b

D

Dantes Poëta 9. a
Dionyſius Cartuſianus 12. c
Ditiſsimus Cardinalium 9. a
Dominicani confirmati 8. b.

E

Elias Iudæus baptizatur 13. d
Eradius Auguſtini ſucceſſor 2. a
Eraſmus Pontificum amicus 13. a
Eugenius tertius Bernardi amicus 7. c
Exarchi quando aduenerint. 3. c

F

Fabianus martyr 1. b
Feſtiuè dicta 8. d. 10. d. 11. c
Fœminæ Papam curant 10. c
Fœmina veſte nudata 13. a
Ferdinandus Caſtiliæ Rex Catholicus 12. c
Fex Pontificum 5. a
Franciſcani confirmati 8. b
Franciſcus Pregnanus 11. a
Fridericus Aenobarbus 7. d
Fridericus ſecundus 8. a
Ficus venenata 9. c
Formoſus Papa 5. a

G

Galliam adit Papa 4. a 7. b
Galerus purpureus 8. c
Gemmæ à Pio ſecundo amatæ 12. c
Gibelina factio 9. c
Godofridus Bilionius 7. b
Græci cum Latinis conuenire ſtudent 12. b
Gratianus Decretorum ſcriptor 7. c

H

Henricum Cæſarem Gregorio ſeptimo infenſum 7. a cur Simoniacus dictus 6. d
Hieronymum ad Orientalē Eccleſiam tranſiſſe 2. a
Hieroſolyma à Gallis capta & rurſus dedita 7. b
Hiſpanica Inquiſitio 12. c
Hiſtrionis factum 11. c
Hugo Capetus 6. a

I

Iacobus ſeipſum Papam deſignat 10. b
Ieſuini quando orti 13. c
Ignobilem eſſe Papam nobilitat 10. c
Imaginum adoratio vetita 3. a
Inops Papa 2. c
Inquiſitio Hiſpanica 12. c
Inſignium ſeu armorum vſum qui Papæ intulerint 6. c
Iohannam Papam fuiſſe, fabula 6. a
Ioannes Hus combuſtus 12. a
Iubilæum quis primum inſtituit 9. d
Iura omnia in ſcrinio pectoris 12. c
Iuuenis mentitus fœminam 9. c.

L

Lactantius Arnobij auditor 1.c
Lagena medicata 12.d
Laocoon opus mirabile 13.a
Laurentius martyr 1.b
Lautus Pontifex 11. in fine.
Leonina quando ædificata 4.c
Leo niger in ſcuto 6.c
Liberij lapſus 2.a
Libidinoſus Papa 10.a
Linus primus Vrbis Epiſcopus 1.a
Longobardici belli finis 4.b
Ludouici Bauari concertatio 10.b
Lutherus quando natus 12.c

M

Mahomet quando ſurrexit 3.a
Mahometani victi 7.b.
Mahometanos Romam deprædaſſe 4.c orbem vaſtaſſe 5.b
Manheimij Papam captiuum 12.a
Manichei Romæ coërciti 2.a
Mantuanus de Marcellino 1.c
Marcellini lapſus 1.c
Marſilius Patauinus 10.b
Martinus Lutherus natus 12.c ob indulgentias condemnatus 13.a
Mater Pontificis veſte ornata 9.c
Matildis potens fœmina 7.a
Mathematicus Papa 6.a
Moribundi Pontificis dictum 9.a
Mors Bonifacij octaui 9.d

N

Neapolis à Carolo octauo petita 12.d
Neſtorij error 2.a
Nicenum Concilium 2.a
Nobilitas Pontificum 10.c
Normannorum poteſtas 7.a

O

Oratores Peruſini 10.d
Orbis pro inſigni Cæſarum 6.b
Origenis tempus 1.b

P

Palinodia Berengarij 6.d
Panormitana nubit Cæſari 8.a
Pantheon Agrippæ opus 7.d
Papa à ſeipſo deſignatus 10.b
Papatus glorioſum miſeriæ genus 9.a
Pelagianorum ſententia 3.b
Perſecutio ceſſata 1.c
Peruſini Oratores 10.d
Petrus Damianus 6.d
Petrus Romæ crucifixus 1.a
Philippus primus Cæſarum Chriſtianus 1.b
Philippus Pulcher Bonifacium octauũ illegitimum Papam iudicat 9.d
Phocam primatum inſtituiſſe 3.a
Photini error 2.a
Pipinus Franciæ Rex 3.d quid Romanæ Eccleſiæ ſubiecerit 4.a
Plebs Romana deluſa 13.a
Podagra qualis morbus 3.c
Polycrates Papæ familiaris 9.a
Pomum Cæſarum 6.b
Pontificatus quorum præda 9.c res ſublimis 6.b, 11.d.e.
Pontificem affines non habere 10.c
Pontificum nobilitas 10.c
Populi Romani inſolentia 5.c
Pragmatica ſanctio 12.b
Pratenſis calliditas 10.a
Primatus origo 3.a
Pincipes opus Pontifice & contra 9.b.c

Raph-

R
Raphaël Volaterranus 13.a
Rauennas literatus 7.b
Rhodis capta 13.a
Roma capta 13.b
Roſuita docta puella 5.c
Rudolphus ab Habsburg 8.d.
S
Saladinus Hieroſolymam capit 7.c 8.a
Schiſma paparum 2.b 3.c 6.c 7.c d 11. per totum caput.
Sectarum principes inflati 8.b
Seditio Romæ 7.c
Seminaria inſtituta 13.e
Senatoria dignitas 10.d
Simoniaci 9.b 10.a 12.a
Societates nouæ periculoſæ 8.b
Sponſalitia munera 4.c
Strangulatus Papa 5.c
Synodus Piſana 11.c Conſtantiana 12.a Baſilienſis 12.b Tridentina 13.b eius finis 13.d.
T
Templarij damnati 10.a
Tertulliani tempus 1.b
Theodora Romæ Domina ſcortum impudens 5.b
Theodorum Gothorum Regem Ioannē primum in cuſtodia occidiſſe 2.b & Simmachū confirmaſſe. eodem.
Theophilactus Exarchus 3.c
Theſauri à Calixto relicti 12.c
Tribuni deſignati 10.d
Turcarum regis frater Zizimus 12.c
Tuſculanum Comitem armis Papam deſignaſſe. 6.d
Tutela Rom. Eccleſiæ ad Francos tralata 3.d
V
Venenati ficus & flores 9.e
Veneno extinctus Alexander ſextus 12.d
Venetiæ Cæſar & Papa pacificati 7 d
Victor ab Irenæo reprehenſus 1.b
Vota & iuramenta Papæ irrita facta 11.c
Vulneribus deformatus Pontifex 5.c
Vxor Cardinalis monacha facta 9.c
Z
Zizimus Turcarum regis frater 12.c

FINIS INDICIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497827-p0060-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497827-p0061-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497827-p0062-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497827-p0063-0

ALVENSLEBEN
EI
239

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497827-p0064-5

BREVIARIVM ROMANORVM PONTIFICVM QVI ROMANAM REXERVNT Eccleſiam.

Abbreuiatore

HENRICO SCHORO

S. P.

Cum triplici Indice.

SAPIENTIA

CONSTANS.

ARGENTORATI

Apud Bernhardum Iobinum.

M. D. LXXXVIII.